



D. Io. Oecolampadii In Genesim enarratio.

<https://hdl.handle.net/1874/428363>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat


**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

Cast 98
P.M. No. 5









Biblia et interpretes
K 108 N. 5
Octavo n. 153.

Ieronimus

interpretatio

Hebrei

ad Corinthus

ad Galatas

ad Ephesios

ad ad Corinthus

ad ad Galatas

ad ad Ephesios

ad ad ad Corinthus

ad ad ad Galatas

ad ad ad Ephesios

ad ad ad ad Corinthus

ad ad ad ad Galatas

ad ad ad ad Ephesios

ad ad ad ad ad Corinthus

ad ad ad ad ad Galatas

ad ad ad ad ad Ephesios

boudj

N. H. C.

Dr IO OECOLAM
PADII IN GENESIM
ENARRATIO.

Ex domo Bucholci



BASILEAE
1536.



EPITAPHIVM IOAN.
OE COLAMP.

Cecropijs quod ante Solon cordatus Athenis,
Aut tibi bellipotens Sparta, Lycurgus erat,
Divinis lubeat rectie modo legibus uti,
Oecolampadius hoc Basilea tibi.

LECTORI.

2

ENcandide Lector annot. utiunculas in Genesim
librum, à pio viro Ioanne Oecolampadio in scho-
la publica, frequenti auditorio prælectas, & accurata
diligentia à studio quodam conscriptas: quicq; iam an-
tē tam in Euangeliū Ioannis, quam in Prophetas mi-
nores non poenitenda dedit: tum etiam, si dominus ei u-
tam concesserit longiore, alia nō minus docta & pia in
communē reipublicae Christianae utilitatē daturus est,
idq; constanti fide promisit. Arbitratur enim studiosos
hoc unico factō posse demereri. Sperat deniq; etiā ru-
des in adyta sacræ scripturæ sine ulla molestia per hunc
suum laborem nō solum posse induci, sed & admirabili
quadam dulcedine trahi. Breues quidem sunt fateor an-
notatiunculæ, sed nihil à scopo sane fidei, quod non sa-
tis laudari potest, aberrantes. Plus fructus pius Lector
in his habebit, quam in plerisq; cōmentationibus, quæ
nostro tempore absq; iudicio diuulgantur, & quæ ferè
plus à scripturæ rectitudine & intelligentia abducunt,
quam genuinum sensum aperiant. Qua de re docte &
prudenter D. Myconius uenerandus senex in suo epi-
stolio in prophetas minores præfixo, admonuit. Quod
autem supremam manum pius Oecolampadius nō im-
posuerit huic operi, fatum diuinū in causa fuit. Quem
autem thesaurū, si tota Biblia percurrisset pius homo,
post se putas reliquisset? Ex ijs paucis cetera coniœsa

re sine dubio poteris, si tibi illum in diuinis iudiciis est.
Scio etiam si ea diligentia animo euolueris, quod non so-
lum in illius p[ro]p[ter]a prophetae admirationem rapieris, sed
& uoluptatem cum ædificatione spiritus maximā h[ab]u-
ries. Neque satis grata illa breuitas à doctis laudabitur
unquam. Prætereat te celare eius indefessum studium et
in prelegendis & inseruierendis fratribus nolumus: præ-
legit enim ad eum usq[ue] diem, quo lectione se alligauit: inte-
rim p[ro]p[ter]a religiosis uiris nihil detrectans officij in ad-
monendo ad pietatem, illis inquam qui die noctuq[ue] ei
adistabant, morbi istius causam aut rimantes, aut sum-
mo obsequio se ad omnia queque astringentes. Verum
quid ago, cum Gryneus doctiss. ad amissim omnia illa
depinxerit in Epistola, quam D. Wolfg. Capitonii in-
scripsit: hanc lege, & admiraberis. Vale, &
fruere his in Domino, ad Christianæ re-
ligionis augmentum.

DR IO OE COLAM
PADII PARACLESIS
IN BIBLIA.



Ccedimus dilecti, non ad paupertia-
nos, & prophanos priuati cuiuspi-
heri penates, sed ad sacro sancta di-
uinissimi adyti limina: in quod, non
modo temere irrupisse, sed & indi-
gne ingredi, nulli impune fuerit. Inhabitator enim loci
huius, de scriptura loquor, est deus zelotes, ignis consu-
mens, gloria domini exercituum, maiestas summa, uel
ipsis angelis tremenda. Non omnes fert tanti numinis
excellens fulgor. Male excipiuntur incircuncisi corde
& immundi, alienigenæ. Grauiter plectuntur arrogan-
tes Ammonitæ & Moabitæ. Diras poenæ lucent Da-
chaniæ & Abyronitæ seditiosi. Lapidés expectant
quotquot pecunias animis feroce, qui transitus suis ter-
minis, hoc contendunt. Tali bus quidem religiosus iste lo-
cus interdictus est. Accipit autem ueros Israélitas, doli
expertes, placido ingenio, sequaces, sacerdotes, uoca-
tos à domino, sanctificatos, mysticis iustitiae uestibus
honestatos, & cum sacrificio ac munere comparentes.
Tales inquam accipit religiosus sacrarum scripturarum
locus. Papè, inquis, quale hoc exordium, quo u... co-
res non tam inuitas ac introducisi, quam deger. s. de

ENARRAT. IOAN. OECOL.

mandas? Quis enim hæc audiens, quamvis sibi bene cōsciens, id dignitatis sibi arrogare ausus? quis ita suæ par uitatis immemor, tam perficitam induet frontem? quis ita periculorum contemptor salutis suæ prodigus erit? Ad salutationem angeli nemo non trepidat. Si igitur persuasum, hæc esse uini dei eloquia, et indigne auscultantibus nō defutura supplicia, qui periclitari nō uult, pedem reducit. At ego uestro nomine, auditores optimi, bono animo sum: hæc enim que non sunt dicta ad desperationem immittendam, sed ad religionē erga sacras literas incitandam, animos non abiecos, sed alacres reddent, & socordiam quidem ac oscaitantiam, id quod maxime precor, remorabuntur. Studij autem feruorem & indefatigabilem conciliare poterunt diligentiam. Neq; parum momenti habet, si sciatis quām gloriosus, quamq; beatus sit qui colloquio uos dignetur. Christiani estis, peculiaris dei populus, & per Christum episcopum animarum, & sacerdotem magnum, facti & ipsi sacerdotes ac reges. Submoto per sanguinem citus uelamine, liberū ad contuenda que intus sunt arcana, aditum accepistis: iam idonei mystæ qui in re conditora penetralia intrromittamini. Nō uos ex male dicta ista fecerunt Allophylorum superiorum, Moabitarum Ammonitarumq; processistis, sed liberi Isaaci, & promissionis filij, ad quos nihil aliorū maledictiones pertinet.

nent. Indignos etiam nos tanto dei munere confiteamur: nullus enim fuerit, qui deum demerebitur, & coram illo gloriari audebit. Sed ingens discrimen est inter prophatorum populorum, & Christianorum humilitatem. Illi deum uerū blasphemare, & suis idolis postponere nō uerentur, superciliosique sunt, & propter carnem spirant nihil. Nostram autem uilitatem, quam libenter agnoscimus, honestat incomparabilis apud patrem Christi gratia: nostram humilitatem exaltat eius, qui ultra omnes coelos euangelus est gloria: nostram insipientiam non aspernat sapientia illa cœlestis; immo parvulus laudissimum illud, de quo sapiens loquitur, paruit conuiuum. Et quæ sapientibus huius mundi pater abscondit, ea testimonio Christi, parvulis reuelare dignatur. Ad hæc, sacrarum literarum dignitas, auidas summorum bonorum mentes accendit maxime. Nam si aliae artes laudatae magis expetuntur, quam desiderabilis est ea quam nemo satis laudare sufficit, & si cum alijs contuleris, prophanas eas & uanas esse conuinceat: se autem solam & sanctissimam & incomparabiliter frugifram: ipsa sola omnes omnium seculorum errores detegit, redarguit, refutat. Sola consummatam & ab omni hypocrise usu alienam uirtutem docet. Sola beatitudinis uitæque uera & eternæ spem solidam introducit. Sola abditos diuinitatis thesauros commonstrat. Alio licet

ENARRAT. IOAN. OE COL.

nec ipsae contemnend.e, huic ancillantur, si in bonos ani-
mos inciderint: nunquam tamē eò perueniunt, ut tam
sublime uolent, tantos prouentus afferant, tanta clari-
tate rutilent. Iam cum in alijs nihil sine labore succedit
feliciter, & multis eonatibus disciplin.e obtinentur, in-
uitante interdū paruo uel glori.e, uel rei familiaris com-
modo: quid non ferendum, & faciendum, que noctes
non lucubrand.e, cui oleo parcendum, ut ea que maxi-
me sancta, plurimū honesta, supra omnem modum bea-
ta consequamur? Iam si degener animus quispiā, qui
nec honesti, nec utilis boni cupiditate tangitur, proq;
magno lucri compendio habet, relicto monte hoc, euas-
sisse poenas: cum monuerimus, hac tua nequaquam elas-
bi, sed in charibdim incidere nō minus horrendam, ite-

1. Cor. 14 rumq; in iudicis manus . Scriptum est enim , Ignorans
ignorabitur. Et Proverbiorum 28 . cap. Qui declinat
aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit abomina-
tio coram domino. Terreat huiusmodi Hose.e dictum:

Cap. 4 Succisus est populus meus, qui est absq; scientia: quia
tu sacerdos repulisti scientiam, repellā te ne sacerdotio

Cap. 5 fungaris. Terreat etiam Esaias, propterea dicens cap-
titius ductus est populus meus, eo quod ei non fuit sci-
entia. Et id salis liquet, uel mediocriter cordato. Qui
enim fieri posset non offendи eum, qui se à luce auertit,
et tenebras sectatur? & eum qui uitam abrumpit, &

mor-

mortem eligit? Sic autem agunt hi qui hæc quæ spiritus sunt, reiiciunt. Porro qui uere pœnas uitare, & multis bonis abundare uolunt, iij & uerba dei magno studio querunt, & dignos se præbent auditores. Nec resert etiam si extra sepem colligantur ad conuiuum cœci, claudi, & inutiles uitio aliquo, modo audiant ac obtemperent, & sic tanquam oues pastorem in pascua sequantur. Breui enim sic erimus omnes sacerdotes qui perpetuo in cœlo uersabuntur, quiq; noctes & dies in lege domini meditabuntur, uicti oleo gratiæ, ut & sacrificia offerant, & de sacrificio edant ac impinguentur: hoc est, ut toto corde se consecrent, & carne Christi, quæ est panis coelestis, laute reficiantur. Et ut aperi te dicam, duo in sacrarum literarum auditoribus necessaria sunt, nempe humilitas quæ adorare diuina doceat, ac sobrietate sapere, & alacritatis spiritus nihil laboris subterfugiens, uel periculi, quo gloria dei crescat. Neminem horum pœnitabit: corticis amaritudinem, nuclei compensabit suauitas. Vera enim hinc scientia, uera exaltatio, uera animorum beatitudo, ueraq; quies & tanta bona, quanta nusquam aliunde sperare, nedum accipere queas, homini dabitur. Tanta autem bona nobis concedi, uel inde liquet, si simul totius scripture scopum spectemus, quem nescio an pleriq; attingant. Mihi sufficit, si inde uere edoctus fuero deum esse deum.

ENARRAT. IOAN. OECOL:

ac patrem nostrum, cui me, salutemq; meam recte con-
cedere ualeo . Nam & tunc uere à deo edocti sumus,
quum tria illa præcipua quæ homini diuinitus dantur,
quæq; omnia in scriptura traduntur uberrime, recte
perceperimus. Deus enim initium, mediū, ac finem dat:
condidit enim omnia propter hominē, hocq; propri-
mo bono numeramus: deinde per uerbum, id est, filium
suum, cum quem condiderat, reparauit: atq; ita in Chri-
sto multo ampliora bona accepimus : cōcessurus etiam
deus tandem ineffabilia bona que nec oculus audiuit,
neq; in cor hominis ascenderunt, si illū fontem boni ex
illis creatis cognouerimus. In Mose quidem, & in hoc
statim capite primo discemus, ut deus hominem & om-
nia propter hominē fecerit, sicut habes psalmo octauo.
Nihilominus interim multa alia disci ac doceri hinc in-
de ex scripturis possunt. Hominē deus rectum condidit
sed sua ignavia lapsus est. Deus data lege, ad se reuoca-
uit. Pulchrum est itaq; uidere deum esse conditorē uni-
uersi, cœli scilicet ac terræ: qua doctrina statim stulta
erit omnis Græcorū de rerum principijs tam uaria stu-
tuentium. Alij enim mundum eternum, alijs conditum
dixerunt, & omnino se deum ignorasse docuerūt, tam-
etsi ex conditione cœli ac terræ, ex uisibilibus ipsis agno-
scere illum poterant, ut est Rom. i. Nihilominus inte-
rim multa etiā alia ex ijs quæ prophetæ narrat, in Mo-

se addi-

IN GENESIM. 6

se addiscere possumus, qui spiritu divino locutus est. Et prophetarēte appellatur, quandoquidem id doni prae alijs abundantius accepit. Adserit multa que ad mores nostros formandos attinent, siue fides afferenda, siue errores obstruendi, siue exempla petenda, siue Res publicas instituendas, siue ingenia exploranda, ubique illa fuse Moses tractat.

Moses hunc librum scripsit in Aegypto, docens deum uerum deum esse eternum: sicut dicit: Qui est, misit me. Reliquos autem quatuor in deserto. Populus fane Aegyptiorum erroribus abductus, etiam in Aegypto idola colebat, ut testatur Ezechiel cap. uigesimo: cui malo occursurus, originem rerum ac genesis diuino spiritu afflatus docet.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

CAPVT I.



N principio creauit deus cœlum & terram.

Terra autem erat informis & inanis, & nebræ erant super faciem abyssi, & spiritus dei mouebat se super faciem aquarum.

Versus isti duo in genere nobis ea indicat, quæ postea diligentius explanantur, quomodo à deo formata, sint disposita speciatim. Omnino in unum & eundem diem referimus ea quæ hic narrantur, & quæ mox sequuntur. Fuerunt quidam in hac sententia, deum omnia condidisse, uno die & uno momento. Neq; necessitas ulla est quæ nos sic urgeat, ut tam facile literā nobis patiamur è manibus auelli. Videmus enim hic diuinum ordinem, ut etiā in alijs quæ diuinæ scriptura nobis proponit. Imperfecta præmittit, ut perfectiora sequantur. Ita in foetibus humanis formandis uidetis primo in materno utero imperfectos foetus absq; lineamentis, absq; statuta debita, & tandem sua incrementa recipere. Sic deus consolatur nostram pusillanimitatem, & longanimitatem docet, si non ista æterna gloria ab initio fruamur quam deus suis electis dare paratus est. Dabit eam ten-

pore

pore constituto, quando incrementa nostra sum pserimus, post hanc uitam. Alij etiam in dubium uertunt, an eadem die angelos creauerit. Non uoluat Moyses hoc loco mentionē angelorum facere, licet quidam per coelos angelicam creaturam intelligent. Malo simplicitatem litterae sequi, quam facta quadam & incerta assere. Plerique ex Græcis senserunt, ut Hieronymus ad Titū, & Hilarius narrant, quomodo angeli multis milibus annis ante conditum seculum creati fuerint. Nos illam sententiam nequaquam accipimus. Tempus coepit, cum cœlum & terra coepit. Et ita Aristotelem reiijcimus, qui demonstrationes nescio quas habet, atque adeò si quis ad rationes scripturæ conferat, uidebit nos superiore loco esse, adhibito fidei adminiculo.

Audent quidam oblatrare: Multa, inquiunt, dicit Moyses, et parum est quod asserit. Nos eadem obijcere possumus ipsis, cum ita tenuiter etiam sua probant. Nam aliqui testantur fidem esse ueterum, mūdum conditum esse ab æterno. Cæterum in posterioribus maior erit occasio confutandi hæc: & si excusserimus illas rationes, inueniemus planè illas esse inutiles, imò apparent hī deum nunquam recte scisse, atq; adeò felicitatem homini summam tollunt. Quæ fides nostra, nisi deum crediderimus conditorem & cœli & terræ, imò & nostri & omnium habere curam? Si ab æterno omnia condita

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Sunt, ubi prouidentia dei? Sed ualeant hi cum suis ex cogitatis rationibus. Moses hic proponit nobis ea, ut sciamus omnia deū creasse, & conseruare omnia: quia omnia condidit. Omnes creature & res à seipsis nō potuerunt habere originem. In hoc uidemus vires nostras omnes nullas esse, idco meritò omnem fiduciā in illum collocare conuenit. Plato quidem p̄x alijs uidetur magis nobiscum sentire, sed nec ille recipi potest: ponit enim deum exemplar & hylen, quasi artificem ad exemplar fabricantē, imo ponit ordine quodā tres deos, τὸν ἀρχῶν, νοῦν, καὶ τὸν ψυχήν. Sed ea omnia philosophis committimus.

In principio.) Id est, antequā aliquid fieret creauit deus cœlum & terrā. LXX. habent ἐτοῖνας & ἀερός, sed fecit idem est quod creauit. Facere, sine mora aliquid et perfecte effingere hic significat. Et opus facere, indicat planè summum opificem. Hebrei cœlum duali numero proferunt שמיים. Inulta Græci exponunt ὁὐρανόν & ἀεράν ταύτην οὐασος, id est, inuisibilis & incomposita. Et uult dicere, Terra erat inornata arboribus & animalibus, & ceteris rebus. Non quod omnino fuerit inuisibilis: si fuisset homo, qui uidisset, non fuisset omnino inuisibilis. Etiam qui bleſſe loquuntur, non omnino muti sunt. De hac re crastina die copiosius dicam.

LECTIO.

Fortassis heri primi duo uersus, quandoquidē breuitate temporis præoccupati fuimus, non satis intellecti facere: igitur que tunc abruptius & nō satis expressauimus, nunc differemus. Moses quidem datus à deo Hebreis, qui laborabant in Aegypto, non solū corporali seruitute, sed etiam ob consuetudinem gentis infecti erant idolatriæ scelere. Curauit igitur beatus uir pro munere sibi inuincto, ut primum nos à morbis animi liberaret, & à grauiore seruitute, & etiam ex Aegypto scelerum, per potentem dei manum educeremur. Docuit igitur tunc Iudeos fugere ab Aegyptiorum consuetudine. Eusebius de præparatione euangelica, qui uetusissimos historicos diligenter legit, dicit Phœnices & Aegyptios sublatis in cœlum oculis, solem & lunam & cæteras stellas, obseruatis motibus & ordinibus, adorasse: & quim deberent inde agnoscere suum crearem, admirari magis cœperunt creaturas, imò pro dijs coluerunt. Alij deificauerunt benefactores suos: unde præcipuos deos habuerunt Osirim & Isim. Osirim solem putarunt, quem multi oculū interpretantur. Et lunam Isim: cui etiam cornua affinxerunt, ut in nouilunijs uidemus, quia nōnihil alludit ad iuuencā, uel bouem cornutū. Hos pessimos Aegyptiacē gentis mores imitati sunt Iudei. Vnde cum educi essent ex Aegypto

ENARRAT. IOAN. OECOL.

pto, moram in monte agente Mose, uitulum erexerūt, dicentes: Hi dij tui sunt qui te ex Aegypto duxerunt. Ab hac igitur peste uolebat illos liberare, & ostendit deum esse æternū. Hoc studiū Mosi in quo spiritus sanctus locutus est, occasione hinc sumpta, multis ab erroribus nos abducit. Scriptum est, quod omnia propter nos scripta sint, qui in terminos ætatum incidimus. Unde ex illis primis uersibus maximam partem philosophorum refutare possumus. Primo cœdos illos qui omnino deum negarunt, ut Diodorus & Protagoras. Si militer facile refelluntur qui innumerabiles posuere deos ut Anaximander. Similiter alios qui deum corporeum finixerūt. Platonicos & Aristotelicos nō absq; magnis erroribus de mundo mentionē fecisse, nemo non nouit.

Heri indicavi tenuia esse argumenta illorum qui de creatione mundi sua somnia adstrunt: nam quæ ipsi obijciunt, à nobis nequaq; recipiuntur, edocili ex diuinis literis aliud. Inter cætera argumenta dicunt, quod materia sit ingenerabilis. Quis autē Christianorū reciperet hoc? Incumbebat Aristotelē illud probare. Nā ita deū fecisse cœlum absq; omni sui mutatione, scripture clare ostendit. Etsi initiu cooperit mudi creatio, tamen nulla in deo facta est mutatio. Quod decreuit deus aliquando secum, hoc cœpit aliquando perficere: non quod nouam operationem ipse habuerit, sed quod res quam se cum

cum iam antea decreuit, cœperit esse sua uoluntate. Et ab æterno habuit illam uoluntatem. Præterea quod motus ingenuus rabilis sit, etiam explosum est à nobis. Qui cœli autor & terræ, etiam omnis motus & temporis. Præterea nō facimus deum obnoxium tempori uel creaturæ. Ut incorporeus est, ita supra omnia. De deo, ut dignum est, sentire decet Christianos. Interim autem nos magnam spem & fidem concipimus, dum discimus ex nihilo fecisse deum cœlum & terram, & statim paratus sumus ad credendum alia dei miracula, qui uocat que non sunt, tanquam sint. Qui recte hoc credit, ille scit deum se ex maximis periculis posse liberare. Is etiam corpus collapsum & in cineres dispersum facilissime posse reparare, crebet. Quod si quis rationi uelit obtemperare, ille posthac semper mancipium erit rationis suæ, & nihil credere poterit, quod ratio nō ante distuerit. Proinde nihil huiuscmodi poterit persuaderi. Et hoc antea indicatum sit de æterna prouidentia.

Mouebat se.) Vel motitabatur, aut ferebatur. Et indicat hoc uersu, ea quæ à deo cōdita fuerāt, fuisse ad huc confusa & indigesta, rudiāq;. Postea uidebitis triplicem distinctionem. Hic autem est triplex confusio. Terra uasta & incomposita, una confusio. Altera, tenebrae super abyssum. In aquis istis erat magna tenebrositas, neq; aquæ erant perspicuae. Aér etiā nomine aquæ

ENARRAT. IOAN. OECOL.

continetur, quatenus particeps est humoris et liquoris. Abyssum aquam multam uocat, quæ non potest propter suam profunditatem perspici. Non est interruptio terre. Terra infimo loco inculta: aquæ similiter tenebrose erant & in amœne aspectu. Tertia, cum dicit, Spiritus dei: quem intelligo planè uentum. Vehementia aquæ agitabat etiam aquas ipsas, ita ut omnia hinc inde confunderetur. Proinde illa quæ principio ita condita erant, opus maiori illustratione habebant. Posteriora id indicant, quomodo deus omnia digesserit. Quidam allegorias adducere uoluerūt de spiritibus immundis, & cōtrarijs potestatibus: sed omnino dimittamus istas ociosorum hominum inuentiones, nisi errare placet. Deinde de spiritu Dei pleriq; intelleixerunt hunc locum, non solum recentiores, sed & ueteres Theologitum Græci, tum Hebrei: attamen non rei ciunt hanc expositionem, spiritum dei uentū nominari. Quidam ponunt regulam hanc: cum spiritui adiiciatur dei, tunc intelligi debere spiritus sanctus: hoc tamen non est certum. Nam in psalmo 147. contrarium inuenimus, ubi dicitur: Flabit spiritus eius & fluent aquæ. Et Iob cap. 9. Spiritus dei in naribus meis: id est, quandiu est flatus meus, non assentior uobis. Proinde non facile ulli sunt redarguendi: ego malo simpliciter proueto exponere. Bene etiam dictum est, souere: tamen mouere magis congruit

congruit, ut uidemus in mari tempestuoso, quando ue
hemens uentus fertur esse, quanta maris importunitas
sit, & quas tempestates excitet violentia uentorum.
Ita & hic apparuit talis confusio. Quia igitur omnia
ista nondū satis ordinata, nō mirū omnia sic uideri. At
tamen ex creatione tantarum rerum satis omnipoten
tia dei manifestabatur. Nunc sapientia dei ea, quae in
pondere & mensura creauit, disponit. Præterea hic a
nimaduertendum, plerosq; ex hoc principio trinitatis
querere mysterium, quod planè ne cuiquam est conte
mnedū. Sed illud non satis apte hoc in loco adstruiur:
nam dum per principium, filium & Deum patrem &
spiritum sanctum colligunt, uidentur violentius sensum
querere, cum possent alia ratione commodius. Cogno
scimus uerbo aptata esse secula, ut in epistola Hebreos Cap. 1.
rum habemus. Sed rationem triadis pulcherrime inue
niemus etiam in primo die. Nam mox sequetur: Dixit
deus, & statim illud apparet. Ad quod u. i. q; Joannes
Euangelista allusit, & felicissimè citauit. Item: Et ui
dit deus lucem quod bona esset, id est, approbauit. Vo
luntas dei tertiam personam insinuat. Ita interim sum
ma ista arcana satis feliciter nobis commendantur.

Dixit p; deus, fiat lux, & facta est lux.
Fuit lux, uel facta est, utrumq; recte dicitur: quia tan
ta inordinatio erat, & omnia sepulta in tenebris, ideo

ENARRAT. IOAN. OECOL.

dixit deus, Fiat lux: & exponunt illud serè omnes sim-
pliciter pro poliuuit. Psalmus habet: Dixit deus & fa-
cta sunt, mandauit & creatas sunt. Placuit igitur deo
opus suum. Potuissest beatus Moses uti uolendi uerbo,
neq; enim hoc uerbum dceat Hebræis: sed maluit dice-
re, Dixit. Quod utiq; non est factum sine causa: nam
planè uerbum est apud deum, quod Ioannes fideliter
nos docuit, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum
erat apud deum, & deus erat uerbum. Ne putetis au-
tem illud esse temporale uerbum: iam antea dixi deum
non hoc modo operari. Deus ab æterno haec ordinavit.
Quicunque loquitur, alteri loquitur: deus quia loqui-
tur, alteri cuiquam loquitur. Ab æterno angeli non fu-
ere, igitur habuit uerbum secum, id est, suam sapientiam.
Non ignoro quid obstrepat Iudei uel Iudaizantes,
qui cum fateri ipsi cogantur diuinam naturam, nequaq;
tamen sibi esse perspectam dicunt: quod & omnes fa-
temur: sed ea quæ deitatis sunt examinari uolunt, qua-
si essent similia illis quæ ante oculos proponuntur. Di-
cunt uerbum illud esse planè deum, quod & nos fate-
mur: sed non habere aliquam substantiam in deo, hocq;
probare non possunt. Valeant hi, nobis testimonia
sufficientia per Christum sunt. Alia etiam ratio est, cū
dicimus, Iratus est Deus: & alia, gauisus est: non opor-
tet ob id aliam personam ponere. Euangelistæ comen-
darunt

dixunt uerbum esse apud Deum, & non inter hypostatas esse ut discordent. Quod si nunc de externa creatione loqui uoluerimus, uidete ut attemperarit nobis suū sermonem. Loquitur nobiscum tanquam rex potens. Sed dicit: In scipso habet uerbum.

Lux.) A luce pulcherrime exorditur, qui est ipse lux, quiq; habitat lucē inaccessam. Neq; est lux corporæ, sed mentalis, quæ mentes illustrat, quæ ueritatē docet. Condidit Deus lucem, ut opera eius fiant cōspicua.

Facta est lux.) Iterum uides omnipotentiam dei. Absq; illa mōra opus fuit statim absolutum ad nutum dei, & ad unicum dictum, ut in psalmo habemus: Verbo domini cœli firmati sunt.

Et uidit deus lucem quod esset bona & distinxit deus inter lucem & inter nebras.

Videre deum, est approbare. Iam ab initio Moses hæreticos quosdam repellebat, qui corporalia mala esse dicebant &c. ut Manichæi, quiq; deum bonum & deum malū dixerunt. Et illam corporeā machinam, quā deus bonam dixit, illi mala pronunciant. Depulsi sunt hi heretici ab orthodoxis, propterea nolo in refellendis illis tempus perdere. Fecit deus, ut sic appareret lux, & dum ipse uidit esse bonam, uere bona est, nemo igitur illam culpet.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Distinxit.) Discrevit uel separauit. Statim ornatū rebus addidit, & distinctionē quoq;. Tenebræ istæ erant absen̄ia lucis. Ecce igitur discriminē inter diem & noctem, idq; in utilitatē humāni generis, postea producēdi. Ut enim nobis dies est necessarius multis modis, ita etiam noctes propter quietem admodum sunt necessariæ, necnon propter alias causas.

Vocauitq; deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem: & fuit uespera, fuitq; mane dies unus.

Deus appellationem istis rebus indidit. Et diem habemus qui nos excitet ad opera: Noctem quæ aliquo modo retrahat ab operibus, & quietem concedat. Græci ponunt νύκταν ρεγε ἡμέραν, diem & noctem. Vnde ipsi accipiunt interpretationem τὸν ἡμέραν, tanquam mansuetum: die enim omnia mansuetiora sunt quam nocte. Etiam in nocte qui laboribus fatigatus est, quodammodo reficit uires suas & reparat ad future diei laborem. Ita ipsa nomina utilitatem rerum nobis commendant. Neq; opus ut hic aliquid de naturali dic dicā, & artificiali, apud alios potestis id requirere.

Et fuit uespera.) Hebræi dicunt uesperæ, finem dies præcedere noctem, & sequi diem. Imò dies completus fuit, & peruenit ad uesperam, & nox ad summum mane: & ita ego intelligo. Condidit dñs lucem: utiq; lux perseverauit

perseuerauit, & secuta est nox, ut deo placuit. Non est opus hinc, ut magnas moueamus controuersias. Ceterum est, fuisse aliquā diem, et si iam sol in cœlo nō esset, nihilominus deus illustrauit diem absq; illo sole & lumine. Potuissest Moses dicere, dies primus: sed dixit, unus: & id etiam in Euangelio habemus de una die, quā possumus dicere primam diem.

Et dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & faciat distinctionē inter aquas & aquas.

Et fecit deus firmamentū, distinxitq; inter aquas quæ erant sub firmamento, & inter aquas quæ erant supra firmamentū, factumq; est ita.

In isto secundo die legimus deum fecisse firmamentū aque. Per aquas autem intellige non solum clementū, quod nunc uocamus aquam, sed etiam aërem. Suprà audistis in tres partes omnia diuisa esse, & quomodo pulchra rerum distinctio à Mose obseruata sit. Nam in medio aquarum, aquas quasdam solidauit, & fecit firmamentum, quod cohibeat aquas superiores & inferiores, ne hæ ascendant, & ille descendant. Ex aquis quæ supra firmamentum sunt, cœlum est crystallinum, quod uocant, aquæ concretae. Neq; est imaginandum, quod sit aqua densa ut nostra: nam illa aquæ perspicua

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tas est in eo spacio, quod est super firmamentum, siue
uim ad refrigerandum, siue non habeat, mea non refert. Neq; contendimus de hac re, quia etiam aliorum
non satis sunt solida argumenta, qui multa de his rebus
in medium adducunt. Firmamentū autem dicimus octa
uam sphēram, que septem sub se continent sphēras.

Distinxit.) Separata fuit una pars aquarum supra,
secunda super firmamentum, tertia infra, quae aquæ po
stea amplius coarctatæ sunt in suum locum.

Et uocauit deus firmamentū cœlū, &
fuit uespera, fuit cō mane dies secūdus.

Firmamentum illud, pars cœli, siue unum cœlum di
catis, siue plurimos, non refert, quia ad eandem naturā
pertinent. Et iterum expono diem secundum, ut superi
us diem primum. Quantum ad historiam attinet, pri
mo indigesta, sapientia dei digerit in suum locum: unde
deus iure potest admirationi esse, propter operatam
potentia. Nemo enim illa melius potuisse digerere,
quam digesta sunt. Et omnia illa in solatium maximū
humani generis facta sunt, ut postea audietis. Cœlum
habemus, quo ascendit Christus iuxta carnē, dans spem
coelestis conuersationis omnibus in se credentibus.

LECTIO.

Dicimus superius uel ex primo uersu summam
potentiam dei, qui ex nihilo cœlum terranq;
condidit,

IN GENESIM.

13

condidit: reliquum est ut discamus etiam summam illius sapientiam atq; bonitatem. Ut autem innotescat nobis diuina sapientia, scitote sapientis esse ea que imperfecta sunt perficere, et ea que perfecta sunt ornare, ac illustrare. Ceterum deus potuisse primo momento omnia simul absoluere, et perfectissima facere, sed noluit, et hac ratione, ut sapientia sua manifestior fieret, nobisq; magis cognobilis. Audistis, terram fuisse uacuum, et tenebras super faciem aquarum: quo uersu quodam imperfectio significata fuit: ex quo licet cognoscere, deum sponte creaturas fecisse, non coactus ab illo, uel angelorum, uel mortalium, cum nullus adhuc esset. Nam si primo finxisset creaturas perfectas, hi qui deum necessario uolunt omnia condidisse, obstinati manassissent in suo errore. Audiuiimus quomodo statim primo die, ne diu laterent opera eius, obscuritatem removit. Desiderabatur claritas inter cetera, et eam tenebroositatem remouit, ponendo lucem, et distinguendo inter lucem et tenebras. Praeterca confusio erat aquarum, id est, aeris, et elementi aquae. Nam nomine aquarum accipimus elementa tenuia. Turbabantur aquae illae, flante uento domini. Itaq; secundo die fecit deus expansionem, uel interstitium quoddam, quod firmamentum dicimus. Aquas perspicuas eleuauit super firmamentum, alias sub firmamento esse uoluit, etiam sic

ENARRAT. IOAN. OECOL.

auscrens quod imperfectum esse uidebatur, & ut suerbo iusserset, ita factum est. Porro terra adhuc nondum erat repurgata ab aquis, neque suum ornatum appetat, obiecta scilicet aquis densioribus & crassioribus. Etiam illa maxime in salutem hominum, propter quos omnia condita sunt, quae in suum statum erant instituenda. Legimus igitur tertiam distinctionem, quae quae iubentur secedere in locum suum, & terra sic prominet ex aquis.

Et dixit deus: Congregentur aquæ sub cœlis in locum unum, ut uideri possit arida, factumque est ita.

Voluit deus, quemadmodum supra audistis, ut decretum ab eterno secum: omnia enim uerbo dei subsistunt. Aquæ iam terram obtegunt, que sub cœlo sunt. Dicis: Quomodo in unum locum aquæ cōgregantur? Ne cesset ut terra prodiret: desine igitur querere. Et dicunt quidam tunc ualles esse factas, quum nulla necessitas cogat, ut sic loquamur: sufficit solum imperium domini. Arida, ut fiat apta semini & ornatui. Nam quan- diu aquæ ierram obtegunt, inepta est ad salutem hominum & procreationem frugum. Non sunt autem haec obiter cogitanda. Psalmus 23. habet: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & universi qui habitant in eo: Quia ipse super maria fundauit eam, et super

Super flumina preparauit e. m. Magnum planè mira-
culum est terram considerare in medio mari, & ad ipsa
flumina, sicq; solo uerbo domini seruari. Philosophi ar-
bitrantur se habere iustas rationes, dum dicunt omnia
grauias descendere, & leuia sursum ire. Sed quid dicet
illi, cum obijcimus eis : Nubes grauiores in cœlo pen-
dant supra aërem leuiorem? Scio quid obijciant: Cœle-
stem uirtutem, uel uim solis hæc ita disponere. Tametsi
hæc solutio nouam questionem habitura est. Responde-
ant de aquis maris rubri, que longe eminentiores sunt
terra, ut historici tradunt: Vnde est quod terram Aegy-
ptiorum non perdunt: & inundat: nisi ex solo dicio dei,
qui posuit mari terminum suum, ita ut salua sit terra,
& possit proferre suum fructum. Hinc uidere licet si-
mul & diuinam sapientiam & bonitatem. Quamuis
dicat, In unū locum: & postea, maria, nihil refert. Va-
rietas nominum marium est à uicinis littoribus, ut dici-
mus, Aegaeum mare, Persicum, Indicum, Atlanticum,
Germanicum, Tyrrhenum, Ionicum, & alia etiam no-
mina habet, que hic adducere non est opus. Apparet
in his rebus quanta sit uis diuini uerbi, cui recte omnia
tribuuntur. Et cum dicit: Factumq; est ita, iterum inno-
tescit nobis diuina potentia.

Et uocauit deus aridam terrā, & col-
lectionem aquarum uocauit maria, &

ENARRAT. IOAN. OECOL.
uidit deus quod esset bonum.

Terram, quæ generali illo nomine appellatur, nunc uocat aridā, aptam semini & ornatui. Terra dicitur, si ue apta sit ad semen suscipiendum, siue non, ut in primo uersu audistis. Ita etiam lacus & aliæ congregatio nes aquarum maria dicuntur apud Hebræos. Nos non dicimus maria, nisi quæ in oceanū fluunt, uel quæ sinus suos habent. Et iterum testatur se esse dominum, cum rebus iuxta suam proprietatē nomina imponit. Appro bauit etiā hoc Deus. Suprà de triade mysterium expli catū est. Videre dei est approbare. Adiucere illud possumus: Quē admodū bonus artifex, cū perfecit opus suū dat illi nomen & laudat: ita etiā perfecto opere, deus ui dit quod bonū esset, & approbat. Iterū contra Mani chæos locū habetis qui infamabāt bonas dei creaturas.

Et dixit deus: Germinet terra herbā uirentem, quę seminificet semen, lignū frugiferum, faciens fructum iuxta spe ciem suam, cuius semen in semetipso sit super terram, & factum est ita.

Et prodire fecit terra herbā uirentem, se minificantem iuxta speciem suā, et arborem facientem fructū, cuius semen fuit in semetipsa iuxta speciem suam, & uidit Deus quod esset bonum.

Factaqz

Factaqe est uespera, & factum est ma-
ne dies tertius.

Audiuistiis rerum distinctiones, quomodo quaeque ordi-
nat a sint per sapientiam dei, nunc eandem admirari li-
cet. Nouum ordinem uidemus. Ab infimo orditur, &
terram quae ceteris elementis inferior est, primo ornat.
Ita enim solemus nonnunquam infirmis rebus aut mem-
bris maiorem honorem impendere. Ut autem uidcas
quare iussit aquas abire, in bonum hominibus id fa-
ctum est. Quamuis herbæ bestijs ordinatæ in cibū sint,
ut psaltes canit, tamen ante diluvium homines herbis
usos esse innocuo cibo cōstat. Etiā herbæ usum habent
in re medica. Nemo illa parua contemnat, quia admo-
dum necessaria sunt nobis, ut agnoscamus dei sapienti-
am, & gratias agamus. Terram hic uocat in genere,
quae gramina & frutices teneras producit, quaeque; etiā
sua incrementa accipiunt, ut crescant in caules solidos,
& in gramina quae possunt ferre semen. Etiā h̄ec
est benedictio domini, et si nondum ita uocet, tamen
domini donum est. Quod deus iussit ab initio, hoc etiā
hodie operatur. Sunt qui oculos tendunt in naturam,
& deum non cogitant, quasi non omnia in ipso fiant:
sed hi quidem longe errant. In ipso sumus & moue-
mur. Scimus nō passerem de arbore posse cadere, sine
uoluntate patris. Ideo illa bene meminerimus, quia qui

ENARRAT. IOAN. OECOL.

dam non putant omnia uim sibi datā à deo, sed suas operationes solas habere, sicq; dei operationem seponunt: inde fit ut maior hominum sit impietas & ingratitudo. Nam si sciremus deum ubiq; præsentē suis donis, utiq; maiorē illi exhiberemus reuerentiam. In Ioanne habet

Cap. 5. mus: Pater meus usq; hodie operatur, & ego operor.

Heb. 1. Portat omnia uerbo uirtutis suæ. Quod qui recte secū expendit, certe cum magna gratitudine deo seruitur est. Iusq; it dominus, & omnia parent: solus miser peccator deo non obtemperat: cui tamen ratio data est ideo, ut illum agnoscat, & eius beneficia, nihilominus oblitus etatur solus ad suum maximum malum. Neq; putas deum usque hodie non operari, & conseruare omnia. In

Psal. 144. psalmo id clarum est, qui dicit: Aperiens manum suam omnia implebuntur ubertate. Placuit etiam hoc opus deo. Si tibi illud parua res uidetur, quod deus condidit, tamen deo, cuius sapientiae nihil potest comparari, illa opera placuerunt. Nos magna gratitudine illa susciperem debemus.

Factaq; est uespera.) Ut suprà de uespera, quæ concludit diem, & mane quod concludit noctem, intelligere etiā hunc locum debetis. Deus expectauit sequentem diem, cum potuisset uno die absoluere omnia. Sicq; tertio die ab aquis terra liberata est. Nunc consequenter ostendit, quomodo etiam reliqua elementa ornauit: &

incipit

Incipit à cœlo ipso. Quamuis magna claritas in cœlo sit, tamen pulchrius reddit in hominum solatium, quo magis bonitatem suam in creaturis declarat ac communicit. Miremur igitur sapientiam & prudentiam dei, qui omnia in pondere & mensura fecit.

Dixit uero deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & distinctionem faciant inter diem & inter noctem, & sint in signa, & in certa tempora, & in dies atq; in annos.

Et sint in luminaria in firmamento cœli, ut lumen præbeant super terram, & factum est ita.

Fecit autem deus luminaria magna, lumina maius in dominium diei, et lumina minus in dominium noctis, & stellas.

Posuitq; eas deus in firmamento cœli, ut lucē præberent super terram.

Et ut dominantur in diem atq; in noctem, & distinctionem facerēt inter lucem & inter tenebras; & uidit deus quod esset bonum.

Et fuit uespera, suīque mane dies quartus.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Procedit primo imperium dei, ex quo cognoscimus eius potentiam. Psalmo 18. habemus: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Ita in multis alijs locis David, quoties animum suum uolebat extollere ab istis uisibilibus, deum considerabat.

Luminaria.) Hoc præcipue contra Iudeos dicitur & Aegyptios, qui astra colebant, & tribuebant illis uim aliquam, cum uidissent que orto sole & luna contingebant. Sunt alij Peripatetici, qui intelligentias stellis adiungunt: & sunt qui angelos stellis attribuunt. Ne autem stellas animatas faciamus, ut Platonici asseruerunt, hunc locum bene expendite. Nam inde postea homines ad idololatriam prouocati sunt, & deum qui est omnium conditor, dereliquerunt. Angeli spiritus ministratorij sunt, hominibus ad omne bonum ordinati, ut

Cap. 1. in epistola Hebræorum clare patet. Dices: Nonne supra facta est aliqua distinctio? Inter lucem facta est. Omnino dicunt quidam solem & stellas eiusdem naturæ esse cum luce illa, que primum fuit creata, sic tamen quod lux illa sit aliquanto magis condensata, ita ut homo magis potuerit internoscere inter diem & noctem, & ut habeat noctis & diei solatia. Nocte signa uela astra nautis uiam ostendunt, præterea his qui ambulant noctu: tamē discriminem dici & noctis est, ut sit labor & quietes

quies. Neq; hic habent astrologi ut suam uanitatem cōprobent. Certum ex cursu signorum quedam esse, quæ tempus serendi, nauigandi, secandi arbores, &c. ostendunt, ut in Ecclesiaste habemus. Concessit enim etiam hoc homini deus, ut iuxta obseruationes temporum & signorum, quæ in cœlis lucent, opera sua perficiat. Hyades magis pluuiiales sunt, quam cœteræ stellæ.

Certa tempora.) Vel statua tempora, ut sunt nouilunia, è quibus Iudei sua festa, paschæ, pentecostes, scenopegia designant, quæ certis diebus seruare debebant, sic ut semper deo grati essent. Ex cursu lunæ metimur annos & menses, ut humana negotia melius possint consistere. Porrò ut hinc dicamus artem uenandi, & dicamus, quales nam futuri sint olim, qui nati sunt sub Mercurio uel Marte, an fortunati uel non, hoc plænè uaniſſimum est: abducit enim illud ab fiducia uera quæ in deum est. Etsi maxime dicamus astris uirtutem esse datam, tamen scimus omnia ita astris data, ut à deo omnia regantur. Nam si assuefacti fuerimus sermoni propheticō, audiēmus dominum prohibere pluuias: & ita apparet, nihil absq; eius nutu contingere. Proinde effectus illi ad salutem hominum impediuntur, neq; sunt homini cogniti. Cum non satis agnoscamus quæ ante oculos & pedes sint, quomodo illa examinabimus quæ supra nos sunt? Neq; de numero planetarum &

ENARRAT. IOAN. OECOL.

cursu omnes conueniunt, ut Rabi Mose inducit. Videamus nos in primis quenam sit uoluntas dei, quomodo deus uult suis operibus uti, & ne adoremus illa, neq; abutamur illis.

Posuit.) Id est, uoluit esse: non ita fixit: nam suum cursum habent. Ita etiam posuit hominem in hortum uoluptatis.

L E C T I O.

Singularem Dei sapientiam considerauimus supra in dispositione rerum uniuersi, quandoquidē deus omnia in suo ordine optime collocauit: neq; solū collocauit bene, sed etiā ordinauit, tam terrā quam cœlum. Ultra eandem sapientiā magis licebit inuerti, unā cum bonitate dei. Bonitatem uidemus, quandoquidem cōmunicatiua est suis. Propriū est boni, ut se cōmunicet. Deus optimus omnibus se cōmunicat, cū uidemus omnes res ab ipso conditas maxime uiles. Et sit semper progressus ad perfectiā ab imperfectis, in quo fontem omnis essentiæ cognoscimus. Nunc autorem etiam uitæ agnoscamus. Nihil est quod suum esse non à deo habeat. Hāc etenim non legimus de aliquibus quæ uiuant. Nam de cœlo, terra, aquis &c. audiuiimus: sunt gramina quæ terra producit & frutices, et si illa dixerimus uiuere, uita tamen habent solam uegetatiuam. Non uera illa uita est, quæ solum in ipsa sensatione cognoscitur.

Et dixit

Et dixit deus: Reptiscent aquæ re-
ptile animæ uiuentis, & auem quæ uo-
litet super terram, in facie firmamenti
cœli.

Benefacturus igitur homini, quem creatus erat de-
us, ornat aërem atibus, aquas piscibus, partim in cibū
hominis futura, partim ad gloriam dei demonstran-
dam cessura. ¶ plus est quam producere, signi-
ficit enim cū multitudine reptificare, Vuurbien, sicut
uidemus aceruum formicarū plurimarum, sicq; abun-
dantiam hoc uerbo commendauit. Et ex eodem uerbo
dei & uirtute qua omnia conduntur, reptificant aquæ,
ut sciamus quantum sit dicere dei.

Animæ uiuentis.) Multitudinem animæ uiuentis:
¶ ita Græcus interpretatus est: pluralem enim nume-
rum ponit, ἐξαγέτω τὰ ὑδάτα επιτετρανθῶν,
producant aquæ reptilia animarum uiuentium,
quod aliquanto clarius est dictum. Syllepsis est, nume-
rus singularis in plurali comprehenditur. Audistis du-
plices aquas, quedam tenuiores, ut aër superius, nomi-
ne aquæ comprehensus, & ferè pro eodem elemento hic
accipiuntur. Eundem diem habent aues & pisces in
creatione.

Firmamenti.) Vel extensione cœli nœctæ τὸ
τερπεωτα. Hac ratione dicitur, quod solent aues

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uolitare in aëre. Et cælum aliquando pro aëre capit, inde uolucres cœli, id est, aues que in aëre uolitant. Nō nunquā res à uicinitate nomina sortiuntur: ita aër pro pior cælo quām aquæ, nomen cœli sortitur.

Et creauit deus cetos magnos, & omnem animam uiuentem & notabilem quam repere fecerunt aquæ iuxta speciem suam, & omnem auem pennatam iuxta speciem suam, & uidit deus quod esset bonum.

Egreditur piscium autemq; magna copia, item magna belluæ maris, quas deus ne homini noceant, procul arcet, ut sunt balene & delphines. Et sunt multo plura genera piscium marinorum, quām animalium terrarum: & ferè nō est genus animalis super terram, cui non respondeat marinum eiusdem ferè generis, ut lupus marinus, canis marinus, cancer, asinus, &c. Est autem benedictio dei, quod eius fauore in tot periculis crescant & multiplicentur.

Animam uiuentem.) Id est, omne animal quod uicit. Assuecite modum loquendi scripturæ, que anima uocat etiam eam, que non est rationalis: quandoquidem in animalibus brutis animam uiuentem dicit. **ΨΕΨ** non pro spiritu hic, sed pro anima que uegetatur, et nutritur accipitur. Animā inquam que agitat se, et repit, quam

quam aquæ produxerunt in speciem suam. Omnia à principio condita sunt. Et similiter iam quod ad aérem attinet, uolatilia ad sunt in genere suo. Etiā deus approbavit hoc opus suum, ut bonus artifex. Et iam inuenimus aliquid noui, quod in ceteris non inuenimus.

Et benedixit illis deus, dicens: Fructificate & augescite, & implete aquas in fretis, & auis multiplicetur in terra.

Et fuit uespera, fuitq; mane dies quintus.

Benedicere dei, est dare uirtutem crescendi & multiplicandi: quod mox postea exponit per uerba, facite fructum, in maribus uel fretis, id est, in fluminibus & omnibus collectionibus aquarū. Hæc est benedictio dei, quod per tot millia secula nō corrumpantur, sed permaneant. Ita deus in initio benedixit illis rebus. Neq; hoc dixit de herbis & graminibus, quæ terra postea sua sponte productura erat. Iterum apparet quod ea quæ sensum uitæ acceperunt, à deo honestatem accepisse, id est, benedictionem: in quo uidemus benignitatē & sapientiam dei, qui ea ex nihilo creauit. Vnde aquæ hanc fœcunditatem habent? Vnde aér dabit aues? Nónne diuinam sapientiam agnoscimus unā cum eius benignitate, quæ talia in usum humani generis creauit & conservat?

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Et dixit deus: Producat terra animā uiuentem secundum speciem suam, iumentum, reptile & bestiam terre secundum speciem suam, & factum est ita.

Nondum cōtentus benignitate sua est deus, quamuis creasset multa quae hominem possent oblectare, multaque in cibum hominum ordinasset, uoluit tamen etiam creare nonnulla, per quae homo exerceretur, & nonnulla quae homini administrarent necessaria. Dicit igitur: Terra producat animal uiuum in sua specie, iumentum & reptile. Et ita diuidit animalia ista in tres species: in animalia domestica, ut sunt oves, boues, porci: deinde in reptilia, ut sunt dracones, & alia quae terra profert: tertio in bestias terrae, ut sunt leones, tigri, lupi, &c. Posset quis admirari, quasi illa cederent in malum humani generis, creare leones & lupos, & id genus perniciose animantia. Sed si homo persistisset in sua innocentia, etiam dominus fuisset illorum, & magis cognouisset suam potestatem, & quantum boni a domino accepisset, ut imbellis resistere possit illis, uel solo uerbo. Postea audiemus illa animalia nomina accepisse ab ipso Adā. Etiā Noah postea iussit animalia ire in arcā, sine aliquo nocimento. Verum quandoquidē deus præsciuit hominem peccaturum, ideo & illas bestias condidit ut exercetur homo, & ut timeat deum. Pueris opus est uiris

dis &

gis & terriculamentis, quo magis possint erudiri. At qui singulari prouidentia deus illas malas bestias abire fecit in loca magis deserta, ut procul abessent ab homine, et ut noctu potius pabula quererent, quam die ipso. Consideret autem homo, quantum nocumentū inferre possent tam crudelia animalia, si deus non prohiberet.

Et fecit deus bestiam terrae iuxta speciem suam, & iumentum secundū speciem suam, & omne quod reptat super terram iuxta speciem suam: & uidit deus quod esset bonum.

Bestias pluraliter ab aliis uersunt, placet, et si singulariter in Hebræo textu ponatur. Nemo potet bestias illas quia nonnunquam sunt pernicioſæ, non creatorēm deum habere. Hoc si recte intelligeremus, multo magis pacifici essemus. Necq; nocebunt animalia illa, nisi dispensante domino. Vipera Paulo non nocuit. Actorum 28: Alia animalia, ut equi, asini, &c. ad portanda onera apta sunt. Et iterū deus approbavit has suas creaturas. Hucusque habemus de ijs, que condita sunt ante hominem, sed omnia propter hominem. Ian creatio hominis sequitur.

Dixitq; deus: Faciemus hominē in imagine nostra, secundū similitudinem nostram, & dominentur in pīcē maris,

ENARRAT. IOAN. OECOL.
& in uolucrem cœli, et in iumentum, &
in omnem terram, & in omne reptile,
quod reptat super terram.

Quemadmodum rex potentissimus, ubi ædificauit
magnificam ciuitatē, illamq; uarijs modis ornauit, tan-
dem præficit huic ciuitati uirum quendam insignem,
cui suam autoritatem confert, qui suam gloriam & be-
nignitatem prædicet: Ita deus tandem hominem cui fa-
cit potestatem omnium, etiam condit. Discimus hic præci-
puum scopū scripture, ut in prima lectione monui, spis-
ritum sanctum huc spectare, ut cōmendet deum patrē.
Iucundum etiam est cognoscere ea quæ deus propter
hominem condidit: sed multo iucundius quantā sint illa
quæ in ipsum hominem cōtulit. Ex his enim multo ma-
gis benignitatem dei patris cognoscimus. Vide ut ma-
gnifice Moses omnia scribit. Extractus est mundus, ut
domiciliū hominis: ornatus est, locupletatus est: abun-
dantia ciborum, ministeriorumq; parata est, & tunc
creatur homo, horū omnium futurus dominus, ut inde
discat maiora sibi apud deum reposita esse bona. Vide
igitur priuilegia. Non simpliciter dicit, siat homo, sed
consilio quodam dicit, faciamus hominem. Ita enim se-
ipsum exhortatur & cōsultat, tametsi apud illū nulla
deliberatione uel exhortatione opus fuerit, quia omnia
ab æterno constituta erant: atqui attemperat se nostræ
infirmitiæ

infirmitati ut uideamus quād uelit nobis optime. Interim eluent ibi clarissima trinitatis testimonia. Et sicut prius dixit, nimirum ad alterum, ita hic illud confirmat pluraliter loquendo. Nec recipere licet quod Aben Ezra dicit יְהוָה pro eo quod factus fit: subdit enim, ad imaginē nostram, ubi iterū pluralis numerus clare repugnat eius expositioni. Sed nec audiendi sunt dicentes deum angelis locutum esse, quasi sine illis creauerit minora, & horum consilio maiora, hoc est, hominem. Ita sanè pulchre in idolatriam duceremur. Neq; mo^re principum plurali numero loquitur, qui cōsilio seniorum suorū omnia agunt, dicentes: Hoc sic cōstituimus, scilicet à magnatibus edocti: quibus uerbis arrogantiā cauere uolunt. Quis aut̄ consiliarius dei? In Esaia habet Cap. 9.
tis, Christum angelum magni consilij uocari, qui solus nouit mentem patris. At inuenis alibi deum & singula-
riter loqui. Verum non oportebat misellos sic refragari: non enim propterea plures deos inuehimus, quia
tres personas in uno deo fateamur. Salua maneat scri-
pturæ simplicitas, nec nos turbabit Iudaicæ perfidiae
malignitas. Multū nobis tollunt à dignitate nostra, qui
ne filium dei conditorem finant, etiam angelos crea-
res faciunt. Dicit aut̄, in imagine nostra. En quanta &
hic dignitas. Sed hic interim nobis inuidens satan, ob-
scurat ea quæ dicuntur, ne agnita generositate nostra,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

digne deo uiuamus . Ecce Anthropomorphitæ incipit,
de quibus Caſtianus multa ſcribit, illi deo os, mēbra, &
oculos, & alia hominis lineamenta ascribunt : con-
tra quam ſectam Basilius multa admodum ſcripsit ad
monachos quosdam, quos ægrè à simplicitate illa po-
tuit auellere : & plerique ex ijs adeò pertinaces fue-
re, ut occidiſe permiſſerent, prius quam illum pernicio-
ſum errorem abiurarent . Que hominum pertinacia!
Ipsi etiam uerbum urgebant I M A G I N E M , neq;
poterant ſecum concipere mentis intelleclum . Sunt de-
inde Manichæi, qui ex ſubſtantia dei animam noſtram
effe dicunt : quod ſi uerum, iam impeccabilis eſſet, &
per omnia deus . Alij dixerunt imaginem ex eo ſolum,
quod inuiſibilis ſit anima ut deus: at ſic etiam ad imagi-
nem diaboli eſſemus creati . Alij ſolum τὸ ἄρχικόν,
id est, principatum hominis attenderunt, eo quod ſuba-
ditur: Et dominantur in pifcē maris & in uolucrem
cœli &c. ſicut & Paulus imaginem dei uirum uocat,
non foemina . Atqui hic habemus, quod & foemina
deus creauerit cum mare, licet ille prior peccauerit po-
ſtea, attamen in pari dignitate condita eſt cum uiro, ſi-
cut etiamnum unus in Christo ſunt uir & mulier, neq;
enim hæc illo inferior . Auguſtinus & poſt eum recen-
tioreſ, imaginem in mente, ratione & uoluntate conſi-
derant, iuxta trinitatis in deo myſterium : ſed non uis-
dentia

¶ Cor. 11.

dentur mihi acu rem tangere. Longe enim aliter sunt
 in una deitate pater, filius, & spiritus sanctus, quam
 haec tria in nobis, ut annotat apud Græcos Theodore-
 tus. Ipse in hoc malo Cyrrillum sequi, dicentem: Effici
 sumus nos ad ueram & certissimam imaginem patris,
 hoc est, ad filium: et in animabus nostris diuina pulchri
 tudo per participium spiritus sancti inesse significatur.
 Etenim illa est in nobis, sicut ipse filius. Spiritus enim
 ueritas est, ut Paulus Galatis, qui imaginem foedarant, Cap. 4.
 in deterius prolapso, dicit: Filij quos iterum parturio,
 donec Christus formetur in uobis. Et idem alibi: Inscul-
 pta est homini diuinæ naturæ imago, inspirato spiritu
 sancto: ipse enim est spiritus uitæ, quandoquidem uita
 secundum naturam est deus. Non enim aliter quam ac-
 cepto dono spiritus, diuinæ imaginis capaces sumus.
 Ceterū dum ad filij imaginem configuramur, totius tri-
 nitatis pulchritudo in nobis est. Una enim summa pul-
 chritudo in illis est, ad quam & nos configuramur, ob-
 signemur licet ad filiationem per filium in spiritu. Euse-
 bij sententia placet, qui dicit: Φυχὴ μὲν ὁὐκ ἀογικὴ
 καὶ αἰθανάτος οὐδὲ νοῦς ἀπαθής ἐφ ἀνθρώπου
 φύσει εἰκόνει, οὐδὲ ὅμοιωσιμὸς μοι δοκεῖ λέγε
 θαι ἀποστόλει βεστοῦ, καθ' ὃσον αὐλόθεος
 ματθητὴ νεκράτει τῇ λογικῇ τῶν στίχων συνέ-
 τηκει, ἀρετῆς ὄντας οὐδὲ σοφίας δεκτική.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Hoc autē dono spiritus contigit. Certe quandiu in potentia sumus, nondum est imago dei in nobis, qui actus est. Spiritus igitur est opus. Vnde & recte Origenes, τὸ ναῦτον εἰς νόνον οὐ πράξεις χρηματίζεται. Si 1. Cor. 15. cut portauimus, inquit apostolus, imaginem terreni, ita & portemus imaginem cœlestis. Terreni imaginē portauimus iuxta carnem uiuentes, propensi ad peccatum, & mortem, quæ inde aduetū perpeti cogimur: porta bimus nunc cœlestis, iuxta spiritum uiuentes, nati firmitatem ad sanctificationem, & ex morte redditum ac renouationem ad incorruptionem & uitam æternam. Vide quot bona simul assert̄ imago? Immaterialitatem in anima, rationem, uirtutem ac sapientiam, adeoq; immortalitatē. Si autem opera carnis operamur, non erit in nobis εἴκοψ imago deitatis, sed potius carnis: sed si opera spiritus. Hoc igitur attendentes, facile licebit uidere unde sit uera sanctimonia. Interim hic licebit uide re disputationem de Libero arbitrio. Planè ut apud Ecclasticum habemus, principio habuit homo liberum arbitrium, & deus dedit homini possibilitatē faciendi, neq; illud negamus, neq; præiudicat duinæ electioni. Deus dedit homini rationē, ut possit eligere, quid bonū quidue malum: & dedit spiritū ut possit bene agere. Anima Ade libera ab huiusmodi affectionibus erat, neq; obnoxia carni, ut nunc est, et propensior erat ad bonū

quam

quam ad malum, nisi postea sua ignavia sibi ipsi incommodasset: sed postea quam prolapsus est in peccatum, obscurata est imago illa & pulchritudo ablata, sicq; facultas ablata est agendi bonū. Nam licet nunc deus homini concedat aliquā notitiam, quid sit agendum, siue per legem, siue per Euangelij uerbum prædicatum, nō tamen uires tales addit, quales habuit Adam: ideo nostris uiribus nō tantum ualemus, nisi per Christum reformemur. Vbi autem spiritus sanctus nobis concessus fuerit, tunc satis alacres erimus ad bona opera. Videamus etiam uirtutes quae sunt in deo. Ipse sanctus est, iustus, misericors, ueritas, & iustitia ipsa. Homo igitur non est natus ut indulget gulae, ebrietati, & corporalibus uoluptatibus, sed ad cœlestia bona contemplanda: sive at innocentiam, exprimat omnibus modis Christū. Et ubi hec indepti fuerimus, tunc restituetur nostra imago. Alij hoc pluribus egerunt, dum laborauerunt quomodo restituēda sit memoria, quomodo ipsa mens & uoluntas: sed ex ipsis operibus nostris licet facile uideret, qualis sit cuiusq; character. Character sit dei uel bestiae, necessum est. Vbi huiusmodi dignitas characteris dei est in homine, ubi uita est æterna. Vita autem æterna est Christum agnoscere: neq; agnoscemus illum, nisi per spiritum dei.

Et dominantur.) Hic additur dominium super omnia

ENARRAT. IOAN. OE COL.

animantia, quæ sua potestate potuit subigere. Cæterū nunc per Christū non minorem potestatem habemus, imò plus accipimus, quàm per Adam amiseramus. Bonis & electis omnia in bonum eueniunt, mors & uita, alta & profunda, Cephas et Paulus nostra sunt, nos autem Christi. Ita homo rebus omnibus fit superior, & admirabilis, ut nec Danielem leones, nec pueros ignis, nec Iudeos mare, nec Paulo uipera nocere poterat, & credentibus uenena nihil nocent, et si biberint illa. Vno de etiam dicit bene Ambrosius: Tolle incredulitatem, quia magis ea timenda est, quàm præsentissimum uenum. Sic etiam Paulus admonet ad Ephesios scribens:

- Cap. 3. Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouū hominem, qui secundū deum creatus est, in iustitia, & sanctitate ueritatis. Et ad Colossenses cap. 3. Induentes nō uum hominem, qui renouatur in agnitione dei secundū imaginem eius, qui creauit eum, ubi non est masculus & fœmina, Græcus & Iudeus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus et liber, sed omnia in omnibus Christus. Qui cupiunt igitur liberi esse & dominari in mortem, in infernum, studeant ante omnia, ut conscientiam suam reparant, & ut illa serena sit omnē diligentiam adhibeant. Hocq; erit dominium longe amplius & melius, quàm Adam unquam habuit. Nam gratia per Christum concessa, longe amplior est, quàm damnum

damnum per Adam inuenitum. Etiam homini peccato-
 ri creature seruiunt, quanto magis, si homo perstis-
 set in sua innocentia? Vellem etiam uos hoc animaduerte-
 re, quandoquidem homo sic honestatus est a deo, et or-
 natus, ut etiam nos proximos in magno honore habere
 mus, honorantes in fratribus nostris imaginem dei. Utique
 grauiter peccant, qui proximum offendunt, et pre-
 fertim eum, cuius est tanta dignitas apud deum. Unde
 nimurum homicidium et odium iure maxima abomi-
 natione cor a deo est, offenditur enim imago dei. Et dum
 impii seire non possunt in deum, seiuunt in imaginem
 dei, sed uero illis. Nota autem, ut mihi apparet, et assen-
 tit Cyrillus, non est hic facienda distinctio inter imaginem
 et similitudinem. Secundum similitudinem enim, ex-
 ponendi gratia adiectum est: quasi dicat: Tunc ade-
 rit imago, si uera fuerit similitudo, utpote si misericor-
 diam, patientiam, ueritatem, charitatem, iustitiam, san-
 ctitatemque dei imitamur et in nobis exprimimus. Pro-
 inde septuaginta non uerterunt secundo, ad similitudi-
 nem nostram, sed solum καθ' ὄμοιωσιν, id quod He-
 bræus dicit בָּרוֹאַת נְצָרָת צָלָם Porro nequaquam
 Hebreis figurā corporalē sonat, sed iuxta Rabi Mo-
 se Aegyptum, perfectionē internā, utpote intellectū,
 הנְאָר enim figura et qualitas est. Item Adam, id est,
 homo, collectiua significationem habet, unde in plurali

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Subditur, dominetur, & non dominetur. Itē quod dicit,
reptile super terrā, ne intellige solos serpentes, sed etiā
alias feras, id est, quicquid calcat terram. Accesserunt
omnia animantia postea ad Adam. Vnde רָבֶשׂ
pro רַמְסֵךְ id est, calcat, dictum uidetur, cognatae
enim sunt literæ ד ו שׁ

Creauit itaq; deus hominem in ima-
gine sua, in imagine dei creauit eū, ma-
sculum & fœminam creauit eos.

Videtis Mose iterum atq; iterum hanc summā ho-
minis dignitatem in medium proferre, nimirum ut pro-
funde inculcat in mentes nostras. Ita ut deus statuit, sic
fecit, creauit, & nihil omisit. Quanuis deus ut omnia
scius, sciret peccatores Adam & Euan, & futurā ma-
ximam ingratitudinem, nihilominus perrexit in crea-
tione. Igitur si quid culpæ & mali in homine, deo non
ascribatur. Et quod iterum repetit, In imagine dei, ideo
facit, ut maior nostra sit culpa, si hoc non seruemus per
petuō in memoria nostra. Atqui quomodo hominem
considerit solum in genere hic præmisit, sequenti capi-
te id latius declaraturus est. Sed ut scias fœminam non
fuisse exclusam ab hac dignitate, addit: Masculum &
fœminam. Sic etiam in Christo neq; mas neq; fœmina.
Itaq; dum Eua non peccarat, par dignitas erat Adæ &
Eue, qui illa etiam spiritum Dei acceperat. Sicut di-

xit, In principio creauit deus cœlum & terram, & po-
stea singula latius declarat, ita & hoc loci facit. Vide
nunc aliam dignitatem hominis.

Et benedixit illis deus, dixitq; ad eos
deus, fructificate & augescite & imple-
te terram, atq; subiçite eam: & domina-
mini in pîscem maris, & in uolucrē cœ-
li, & in omne animans, quod reptat su-
per terram.

Accedit alia dignitas homini per benedictionē, qua
& coniugium honestatur, ac quodammodo iuxta uer-
bum dei præcipitur, sicut postea patebit: & dominus
terræ, et quæ in illa sunt, cōceditur. Et sic homo immor-
talis, rationalis, iustus, & rectus conditus, accepta libe-
ri arbitrij possibilitate, dominus rerum instituitur. Be-
nedictionem illam accipe ut suprà. Gratia dei est, qua
homo multiplicari posse. Non est, ut cogitemus his uel
illis uerbis dominū esse usum, et si propheta adiungat
uerba docēdi gratia. Benedixit, id est, ualde liberaliter
concessit gratiam iustificandi. Neq; solum Adæ, sed eti-
am sue posteritati. Et hic nihil de malis bestijs dicit, sed
de pîscibus & auibus, et si etiam profutura sint illa ani-
malia homini.

Et dixit deus, ecce dedi uobis omnē
herbam seminantem semen, quæ est in

ENARRAT. IOAN. OE COL.
superficie uniuersæ terræ, & omnem ar-
borē, in qua est fructus arboris, & quæ
seminet semen, ut sint uobis in escam.

Sed & omni bestiæ terræ, & cuncto
uolatili coeli, atq; omni illi, quod reptat
super terram, in quo est anima uiuens
(dedi) uniuersum uiorem herbæ in ci-
bum, & factum est ita.

Vt deus benefecit animæ homini, quam ad imaginē
suam condidit, ita externum hominem quoq; sua solici-
tudine adiuuit, & nihil deesse uoluit. Innocentem & in-
nocuum cibum primo proposuit, nempe herbas & le-
gumina, & fructus arborum. Quamuis autem non pro-
hibuerit carnes in cibum, ostendit tamen fuisse aure. se-
cula, & hominem & feras innocuis cibis fuisse contena-
tos, miramq; fuisse pacem: sicut & Esaias sub Messia
prædictit, lupum agno fore compascuum, & uitulo ur-
sum. Nec homini solum præuidit deus, sed etiam anima-
libus propter hominem. In sequentibus clarius illa ha-
bebitis.

Et uidit deus omne quod fecerat, &
ecce erat ualde bonum: & facta est ue-
spera, fuitq; mane dies sextus.

Iam quia erat homo, qui poterat donis concessis uti,
iterum deus ut artifex opus suum laudauit, approba-
uitq;

tuitq; et nondū fecisse pœnitet. Et nos uidētes dei beneficia, ore & opere gratias agamus, testātes quod omnia bene fecerit, que in sex diebus condita sunt: maxime autem ualde bona omnia, quia erat homo, qui ex uisibilibus illis, ad contemplandum & laudandum deum sura gere poterat.

C A P V T II.



T **perfecti sunt cœli & terra,**
& omnis exercitus illorum.

Ne putemus aliquid ociose in sacris literis dictum esse, quemadmodum nihil in creaturis dei absq; singulari ratione conditum est.

Perfecti.) Videntur illæ repetitiones esse superuacaneæ, sed nō sunt. Indiget enim nostra paritas, ut ergia dei beneficia iterum atq; iterum inculcentur, ne ingratis scilicet simus, & ne deum infamemus, ut quidam fecerunt. Itaq; nihil est quod desideres. Perfectissimus artifex, perfectissimum opus absoluit. Vult dicere: Quæcunq; in cœlo & terra existunt, ea condita sunt tanta sapientia, ut nihil sit quod inde queratis. Neq; præterea expectandi sunt alij quidam immortales mundi, de quibus philosophi uane disputant: iam perfecti sunt, homine scilicet cōdito. Sex diebus exactis, homini cōdito nihil iam superat, ut iterū aduertas omnia homini esse creata.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Exercitus.) Vel omnis militia eorum. Aduerte uerbum hoc, de militia coeli, praesertim cum in prophetis tam sepiissime occurrat. Neque solum intelligimus astra, ut quidam, qui tantummodo ad corporalia oculos converunt, sed etiam angelos ipsos. Ideo dominus zebaoth, tam eorum qui in celis sunt, quam qui in terris, siue corpore et creature sint siue celestes: quia Christus est dominus angelorum, & uere dominus exercituum. Magnifico autem nomine utitur Moses, quo maiorem nobis spiritum in deum addat, qui tam egregia propter nos condita esse intelligimus. Sunt angeli administratoris spiritus, sicut supra dixi, propter eos qui salutem consequuntur. Heb. 1. Imo omnis creatura, siue in celis, siue in terra sit, bonis in bonum seruiet, malis in malum. Perfecti igitur sunt coeli & terra.

Consummauitque deus in die septimo opus suum quod fecerat: & quieuit in die septimo, ab omni opere suo quod fecerat.

In diem septimum malum legere, quam in die. De sex diebus auditum est, quid singulis deus operatus sit: nunc de septimo agit, in quo deus cessauit ab operibus. Non men sabbati a quiete deducitur. Hic non pauc a occur runt admonenda. Deus enim, licet natura sua sit efficacissimus, ita tamē operatur, ne unquam fatigari queat, neque

neque illi quiete opus, immo quietus est. Nam operatur,
 & dum operatur quiescit, quandoquidem sola sua uo-
 luntate & uerbo rem omnem perficit. Si ipsam diuinā
 naturam attenderis, dies ille septimus nunc semper du-
 rabit. Nos iuxta nostrum modum intelligendi septem
 dies facimus, apud ipsum tamē uno momento quodam-
 modo comprehenduntur. Non possumus diuina illa no-
 stris corporeis comparare. Apud Ioannem habemus di Cap. 5.
 cillum: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor.
 Hic: Quieuit. Illa facile possunt conciliari. Quieuit
 deus, ne noua opera conderet. Operatur, quia dedit illā
 uirtutem rebus parturiendi fructus suos, ut initio decre-
 uit, quæ omnia suo uerbo contingunt. Ita in ipso sumus
 & mouemur. Quidam ex nostris, etiam aliqui ex uete-
 ribus, uoluerunt occasionem inde colligere contra Iu-
 daeos, quasi die septimo aliquid fecerit, & quasi die se-
 ptimo cessauerit: sed non est is modus loquendi: uult di-
 cere: Die septimo omnia parata sunt. Marcus Euange-
 lista habet, Sabbatum non esse nisi propter hominem, Cap. 3.
 & ita filium hominis etiam dominum esse sabbati: igia-
 tur & sabbatū propter hominem. Discamus hinc quid
 nobis die sabbati faciendum sit, nempe ut quiescamus à
 nostris operibus malis, & reficiamur in deo. Summa di-
 gnitas nostra, si è peruenierimus. Die septimo deus qui-
 euit, nos autem nullam quietem inuenimus, nisi in clavis

ENARRAT. IOAN. OECOL.

mnibus operibus huius mundi, quietem inueniamus:
Nam hoc dicere uoluit, ut si agnouerimus omnia propter nos condita esse, & deum nobis bene uelle, quod in ipso ueram quietem requisiti simus. Quandiu oblectamur in istis rebus inferioribus, & satiari non possumus, recte terra nobis non perfecta est, & uidetur nobis deum nondum perfecisse opus suum, quia nos non quiescimus.

Et benedixit deus diei septimo, & sanctificauit eum, eo quod in eo quieuisset ab omni opere suo, quod creauit deus ut faceret. i

Quod ad diem septimum attinet, expedit homini quietarijs occupationibus adstrictus est, ut unum diem sibi eligat, in quo magis se exerceat in precibus, & magis oblectetur in deo, quam cæteris diebus. Scimus Christianorū sabbatisnum esse perpetuum, ut abstineant a peccatis & sceleribus, quæ deum offendunt: sed certius tempus est laborandi. Deus benedixit diei septimo, nimirum nobis illum segregauit, & admonuit, ut si illum domino sanctificaturi simus, quod benedictione illius non priuemur. Vera quies ab externis operibus, ut gaudemus in domino, & oblectemur: quia omnia propter nos facta sunt, & sabbatum etiam illud propter hominem constitutum est, ne quis pullet nos Iudaizare. Scis

mus que sit conscientiarum libertas, sed interim attem-
dimus etiam infirmitatem populi. Utinam omnis mul-
titudo perpetuum sabbatum obseruaret, et nemo
inuidereret. Sed quoniam illud nondum assequi licet, sal-
tem impetremus ut aliquem diem infirmo populo con-
cedant hi, quorum interest, quem deo consecrarent. Non
ut alios dies intendamus uanitati et ijs rebus que con-
tra deum sunt: sed unam eam ob causam petimus, quo pe-
culiariter deo seruiamus: idque requirit fides. Et nisi hoc
fecerimus, parum fiduci in nobis esse ostendemus. Puta-
mus deum non posse nos nutritire, nisi in singulos dies la-
boremus? In quo quidam maxime peccant, qui nullam
quietem et uacationem ministris et iumentis permit-
tunt, quasi deus non posset eos alere, nisi continui sint in
laboribus. Paulus Heb. 3. et 4. pulchre alludit ad sab-
bati diem, quare ille obseruandus sit summa diligentia:
et dicit, ut possimus ingredi in requiem et c. Aliud my-
sterium etiam hic eruendum, quod frequenter sancti com-
memorant. Quo die homo conditus, eodem et Christus
passus, nempe sexto, et sabbato in sepulchro quietuit.
Ita deus etiam tunc quietuit ab omnibus operibus suis,
cum iam in cruce clamasset, omnia esse consummata,
nimis ea que ad salutem humani generis attinebantur:
et amque sepulturam et quietem exprimere conuenit. Si
cum Christo sepulti sumus, cum illo iure etiam quiescere

E N A R R A T . I O A N . O E C O L .

mus. Necesse moriamur huic mundo, & sic quiescamus cum illo, ut resurgamus in gloriam & nouitatem uitæ. Erit olim sabbatum omnium creaturarum, tunc & nos resurgentemus in gloriam incorruptibilem. Bene dixit deniq; deus diei septimo propter nos, ut iure bene dicamur, si illum seruemus. Nemo igitur diem illum in famet, quasi sit maledictus & execrabilis. Scitote tempus illud, quod deo uere consecrandum est, non in hypocrisi peragendum esse, sed in sanctificatione, ut deo placemus.

Iste sunt generationes cœlorū & teræ cum crearentur, in die cum ficeret dominus deus terram & cœlos.

Et omnem plantulam agri, antequam esset in terra, & omnē herbam agri antequam germinaret: quia non pluere fecerat dominus deus super terram, nec erat homo qui coleret humum.

Hic infert nouum caput, & que ante in genere dixit de dignitate humani generis, illa nunc magis illustrat, & speciatim enarrat, nempe quanta deus bona homini exhibuit, & quomodo deus hominem uoluerit uiuere cū magna uoluptate & securitate. Voluit enim hominem quiescere in deo, & præterea nihilominus laborare in paradiſo. Ut igitur hanc narrationem ingrediatur

diatur, plantationem horti docere instituit, in quo homini laborandum erat, & in quo ambulatus erat feliciter Adam. Ut autem uideatis qualiter hortus iste plantatus sit, prius ostendit omnia quidem alia esse creata, sed horti istius plantationem nondum esse plantatam hunc modo, & monstratam, et si arbores conditi prius fuerant. Distinguit etiam paradisum ab alia terra, ut supra pulchre separauit aridam ab aquis, & a maribus: praeterea aquas que sub celo &c. Ita inuenietis pulchre distingui paradisum a terris, ut uideat homo sibi distri bui locum multo amoenissimum & frugiferum, in quo possit omnibus modis refocillari & beatus esse animo & corpore. Audistis hominem ad imaginem dei creatum, ut pote rationalem, qui in supernis & cœlestibus uersare debet. Sed ex puluere homo: corpori suo labor adiunctus est, uerum cum labore felicitas. Neque talis labor fuit, qualis hodie agricolarum est.

Cœlorum.) Videtis, iterū in memoriam inducit generationem cœli & terræ, & istæ repetitiones uobis admonitionū loco sint. Seito omnia illa esse à deo condita, & non à seipsis posse subsistere. Quod dicit, Generationes cœlorū: scias modum esse loquendi scripturæ. Sunt quidam qui à termino generationis & nativitatis abhorrent, & non abhorrent si legant, Generatio nes cœlorum & terræ. Vnde apparet homines illos po

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tius ad contentiones natos, quam ad ueritatem inquirent
dam: & præter omnem necessitatē pugnant cum alijs,
ut aliquid uideantur nosse. Certum, quando de diuinis
rebus loquimur, ualedicimus omnibus rebus corporeis.
Et qui hanc regulam negligit, non dubium illum in mul-
tis errare, & perperā sentire.

(בְּהַבְּרָאָם) Hebræi unica he litera subscriptio-
ne hireck, magnum mysterium colligunt, nempe mun-
dum esse præsentem & futurum: sed incertiora sunt ar-
gumenta. Nos planè credimus & uidemus mundū esse
præsentem, & aliud etiam credimus.

Plantulam.) Omne uirgultū fecit iuxta suam rati-
onem seminale: non eo modo quemadmodum nunc in
terra nascuntur, sed à nouo ipse condidit uirgulta, &
ita omnem herbam campi priusquam germinaret. Sic
Deus principio terram condidit & ordinauit, ut uidea-
tis quō sermo tendat, & quō respiciendum sit, nempe
ad plantationem paradisi. Alia terra ornata est in sola-
tium hominis, et solo dei uerbo omnia opera facta sunt,
neq; id tribuas imbribus, aut laboribus hominū. Hoc q; p;
præuenit Moses hac particula, qui a dominus nondum
super terram pluerat, & homo non erat. Vult dicere:
Deus illa omnia suo uerbo produxit et sua uirtute, que
postea fieri cœperunt, cum superna terra acciperet plus
niam & facunda fieret: postea autē homo deputatus
est u

IN GENESIM. 30

est ut terram ipse coleret: à principio uero fuit cūta so
lo uerbo domini.

Et uapor ascendebat de terra, & irri-
gabat uniuersam faciem humi.

Alij nebulam dicunt ascendisse. Initio quidem terra
non est compluta, postea autem in salutem hominū, ut
terræ nascentia seruaretur, deus creauit ut terra irriga-
retur ex uaporibus, id est, nubibus pluvijs. Greeci habēt
πνεύμα οὐέλαιεψεν Θεόν, & fons de terra a-
scendebat: quem fontem alijs oceanum putant, quod per
meatus subterraneos, & per uenas omnem terram irri-
gat, & quod sic fontes producat. Eusebius Philone ad-
ducit, qui synecdochicōs exponit fontem pro fontibus.
Certū in paradiſo quatuor flumina præcipua fuisse: et
terra etiam uaria flumina habuit & fontes. Veteres ex
Hebreis & LXX. exposuerunt, de fonte.

Formauit quoq; dominus deus ho-
minē puluerem de humo, et insufflauit
in nares eius flatum uitæ, factusq; est
homo in animam uiuentem.

Quia dixerat antea, neq; pluerat, neq; homo erat,
iam deus ordinat etiā hominem, qui colat terrā. Nam
homo de terra assumptus est. Illud admodum diligenter
describit, ut nostræ humilitatis simus memores. Potera-
mus felices esse, nisi Adam lapsus esset. Hocq; excelsos

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ceruices meritò humiliabit. Neq; simpliciter dicit, fecit hominem: sed plasmauit dominus & formauit hominē, instar figuli. Non solum de luto homo formatus est, sed de puluere, quia puluis terra soluta est. Græci habent χοῦν λαβῶν ἔπειρον γῆς. Non carnem factum, uel compactam accepit homo, sed puluerem, ne superbiat in conditorem.

Insufflauit.) Id est, dedit homini uitam. Hebrei ita exponunt, quod intelligendū sit, quod deus fecerit corpusculum illud de terra sic, ut uiueret. Malo in hoc imitari Græcos, attendentes quod cæteris animantibus diuītum est, & sic hominem generosiorē factum putant. Et Paulum i. Cor. ii. 11. huc allusisse certū est. Neq; possumus negare hominem multo nobiliorem esse conditū quam alia animantia: nō quod sit homo de essentia diuina, sed est modus loquendi apud Hcbræos. Spiramus dei dono. Per Christū datur spiritus dei, qui nos uiuiscat.

LECTIO.

Multa quidē bona audiuimus, que deus in hominem collocavit. Incomparabile, quod ad imaginem suam creauit illum, & in seipso requiem fecit, in deo inquam: ita ut quamvis omnia propter hominem condita sint, homo tamen non in creaturis, sed in ipso creatore beatitudinem & ueram quietem inueniet: & sic quidē internus noster homo beatus est. Quoniam

IN GENESIM.

31

niam autem conditi sumus ex corpore & anima, etiam deus uoluit corpori honestissimum locum & delicatissimum assignare, cui similis in uniuersa terra non inuenitur: & hunc locum admodum magnifice describit.

Plantauit quoque dominus deus hortum in Eden ab Oriente, & posuit illuc hominem quem finxerat.

Non est ut pueriliter imaginemur deū arripuisse litigonom, & instar hortulanī plantasse hortulum quendam: tota enim ista regio Orientalis supra modum frugifera et amoenā erat: unde etiā recte appellari potest, hortus uoluptatis. τοξείας λειτους Græca uox est, & nihil aliud sonat, quam hortus apud nos. Similiter apud Hebræos ἔδωλος hortus dicitur. Quidā ἔδωλος nomen loci putant, & à uocabulo nomen regionem sortiri. Verisimilius est Mosen per hanc dictionem uoluptate uelle insinuare, ut in eo loco esset homini magna uoluptas, & in quo meras corporis uoluptates inueniret. Apud Ezechielem prophetam & alios, hortus dei, et deliciarum hortus inuenimus, per quod sanus intellectus huius loci aperitur.

Plantauit.) Id est, singulari cura fecit hortū, quem deputauit in usum hominum. Quo iterū agnoscimus, quanti ducus fecit hominē, quem creauerat, cui optima queque in utilitatem cōdita sunt. Porro de paradiſo ad-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

modū uariæ opinioneſ fuerunt. Origeniſt & ſpiritualem
ſecerunt nobis paradiſum, quia legunt arborem ſcien-
tie boni & mali, arboře uitæ & mortis: & quoniam
nulla arbor tantæ efficacieſit, ut homini tribuat uitam
& ſcientiam, quæ à deo proprieſtantur, ideo putarūt
hortum eſſe ſpiritualem, & ibi homini promiſas ſpiri-
tuales delicias. Sed ut uana relinquenda eſt illa opinio.
Fuerunt deinde alij, qui ſatis cognouerunt allegorianam
non habere hic locum, & neceſſe eſſe, ut historiam cer-
tam habeamus, & hi locauerunt nobis paradiſum in
quibusdam locis ſublimibus, & non obnoxijs hisce uia-
cificitudinibus & uarietatibus, quæ ſub aëre continuo
gunt: in qua ſententia ſunt Beda, Thophilus, & alij
quidam. Neq; hanc opinionem recipere licet, pugnat
enim manifeſte ipſe textus: quia legimus de iſtis quatuor
ſluminibus, quoruſ ortus pleriq; cogniti ſunt, & cer-
tum eſt per quas terras fluant. Proinde ex ſluminibus
ipſis licet animaduertere, ubinam terrarum ponendus
ſit paradiſus. Igitur relictis illis opinionibus, certius
quiddam amplectamur, nempe illum ipſum locum Aſ-
ſyrioruſ, uel ſupra Aſſyriam, in cuius circuitu huiusce-
modi ſlumina uidentur, qui locus etiam præ alijs fertiliſ
& amoenus eſt, & tunc quoq; ab initio maiorem ſorti-
tus benedictionem propter hominem. Illum ipſum dico
eſſe locum, de quo dominus loquitur, qui & paradiſus
eſt.

est: et si postea propter peccatum hominis suam quoque glo-
riam & benedictionem amisit aliqua ex parte, & ter-
ra incepit dare spinas et tribulos, ut postea sequitur, ob-
noxia maledictioni. Nam uidebimus hanc opinionem
satis quadrare & non esse impiam, immo etiam plurimum
fidei nostrae inseruire. Sic enim cognoscimus, quandiu
deo recte seruierimus, etiam elementa & terram & omnia
homini seruire: ubi autem inobedientes deo facti fuerimmo-
us, omnia quoque suum ministerium iusto dei iudicio
nobis negare, id quod in posterioribus magis liquebit.
Quidam multa annotarunt de paradiſo, sed illa suf-
ficiant. Videamus curam dei erga humanum genus.

Hortum Eden.) In horto omnes hominis sensus re-
ficiuntur, oculi uiridarijs pascuntur, aures uolucru can-
tu mulcentur, nares odoratu fragrantium herbarum op-
plentur, gustus quoque fructuum dulcedine magnam uo-
luptatem ad fert. Sunt et molles loci, in quibus quie-
scere, et lassa membra refocillare licet. Proinde locum
omnibus delitijs affluentem, paradiſum recte appellabi-
mus. Hinc etiam illud nomen translatione dictum arbi-
tror, pro loco refrigerij & gaudij beatorum, quod ani-
malatronis reducenda in paradiſum fuerat. Nam non
opus habet huiusmodi corporalium locorum solatijs pi-
us, cui sola spiritualia suam saturitatem & delicias ex-
hibent. Tametsi praeter ea nequaquam negauerim in-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

corporea loca inueniri. Voluit Christus polliceri latro-
ni perfectum gaudium & insigne, ut esset secum in pa-
radiso, ubi iam nullus amplius doloribus locus, ut suz
pra hanc terram. Inde etiā facilius poterimus expone-

z. Cor. 12. re, quod Paulus se raptum dicit quodammodo in tertia
um cœlum. Neq; satis aptum corporalia illa transferre
in alium locum. Quandoquidē homo sic conditus, quan-
tum ad corpus attinebat, decebat ut honestior illi esset
habitatio.

Oriente.) Alij ab initio habent, sed malim ab Ori-
ente dici, ut scriptura loquitur, respiciens ad Hierusalē.
Aliqui putant in agro Damasceno, uel in terra promis-
sionis Adam conditū, deinde in aliam regionem trans-
latum, quæ paradiſus dicta: sed relinquo illa tanquam
incerta.

Et fecit germinare dominus deus de
humo omnem arborem, quæ concipi-
scibilis erat uisui, & commoda in cibū,
& arbor uitæ erat in medio horti, atq; ar-
bor scientiæ boni & mali.

Hic planè uidetis, quare Paradiſus hortus uoluptas-
tis dicatur. Erāt omnigenæ arbores illic plantatae, affe-
ctu iucundissimæ, & fructus eius suaves, & gratissimi
saporis, et haec seruūt humanis corporibus. Adiungit:

Arbor uitæ.) Hoc est, in hoc horto uolebat deus ho-
minem

minem etiam probare, ut postea audieris, an agnosceret deum conditorem suum. Veteres interpretati sunt, quod iuxta illam arborem homo scientiam boni & mali acceperit, quia ibi aperti sunt oculi eius post peccatum, & sic ab euentu arborem illud nomen sortitum esse: non quod arbor per se possit scientiam boni & mali praestare. Sic legimus aquas contradictionis, quia ibi populus Iudeorum obiurgati fuerunt Mosen & Aaron. Item fons iuramenti, non quod fons iurauerit, sed quod ibi iuratum sit. Et similia multa loca in scripturis obvia sunt diligenti lectori. Sic eandem ob rationem uolunt hanc arborem dictam esse, boni & mali scientiae arborem. Deus praeceptum posuit, ut mox patebit, ne homo comederet de illa arbore. Vere fuit arbor, sed non habebat huiusmodi efficaciam per se, tametsi una eademque consideratione fructus illius poterant uideri. Theodoretus cum hunc locum explanat, similem locutionem esse dicit de baptismo, quod per aquam regeneremur: non quod aqua illa per se sit maioris efficacie, quam alia aqua, sed quia iuxta hanc aquam regeneramur dato spiritu sancto. Eadē locutio de cœna dominica est, & corpus dominicum appellamus. Sic quoque arborem uitæ intelligimus, non quod arbor uiuificare possit, quod proprium uiuificandi spiritus est. Si caro non uiuificat, caro inquam Christi, seposita diuinitate, sed spiritus est qui ui-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uiscat, multo minus nec ulla arbor. Erat tamen ista signum posita, ut si quidē homo obediens inuentus fuisset, abstinuisse etq; à ligno uetito, propter obedientiam suā potuisset comedere de arbore uitæ, et sic diuino minere immortalis fieri. Iam autem deus sic ordinauit hominem, ut haberet unicum magistrum, cui omnino ad hærere debebat, nequaquam fidens sue rationi: neq; in hisce rebus aliquid tētare debuit, nam hoc, ut audietis, homini potissimum est à deo præceptū. Et sic etiam ab initio uidemus, ut cōsistat uera iustitia, nempe ex fide, ut credamus uerbo dei, neq; seculum nostræ infirmitatis somnia: nam hinc omne malū processit. Et illa principio describit antequam mandata ponat. Nihil autem omnino omittere uoluit deus, quod uel ad fertilitatem, uel ad uoluptatem loci pertineret. Ideo sequitur:

Et fluuius egrediebatur de Eden ad irrigandum hortum, & inde diuidebatur, & erat in quatuor capita.

Nomen unius Pison, ipse est qui circuit totā terram Hauilah, ubi est aurū.

Et aurum terræ illius est bonum: est quoq; ibi bdelliū & lapis Onychinus.

Nomen uero fluuij secundi Gihon: ipse est qui circuit totā terrā Aethiopię.

Porrò nomen fluuij tertij Hidækel,

et his

& hic uadit ad orientalē plagam Assyriae: & quartus fluuius est Euphrates.

Dicit quatuor fuisse flumina præcipua in paradiſo, Gangen, Nilum, Tigrim & Eupratem: quorum capita trium noscuntur, de Nilo dubitatio fuit. Si autem consulueris historicos de Nilo, quamvis incerta sit eius origo, & bene expenderitis quid scribant, uidebitis & eius ortum. Nam certū aduersas origines habere hec flumina, Nilus enim à meridie mare mediterraneum influit, Tigris à Septentrione, Ganges ab Oriente prope rat in mare. Inſpice tabellam, & uidebis quem locū nobis scriptura cōmendet: nam quandoquidem ista flumi na notiora sunt etiam alioqui in scripturis, tametsi quādam uariant inter Pison et Gihon, malui nostros sequi. Neq; me impedit ſiue Troglodytarū, ſiue Arabiæ felicis regionē, ad quam properat Ganges, influat: nihil omnino id adimet noſtræ ſententiæ. Inuenimus etiā Nilum transire terram Aethiopiac, antequam per cataphracta, quæ uocantur καταφράκται, defluat in Aegyptum. Præterea maximas esse diuitias in Arabia & India ferè omnibus conſtat. Sribit Moses ibi aurum optimum eſſe, & Onychinum gemmam, que ſpeciem refert unguis: & paucis gemmis ibi cōmemoratis, ostendere uult terram iſtam locupletissimam eſſe & ditiſſimam. Sunt qui ex illis fluminibus uarias allegorias in-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uehere conantur. Alij quatuor Euangelistas, alijs qua-
tuor doctores Ecclesiae inde eliciunt: caute ab illis ma-
gis. Multo tutius est inde discere, deum bene uoluisse ho-
mini, & huius mundi opes dedisse, ut fruamur illis in
gloriam eius. Exploditur etiam hic haeresis illorum, qui
bonas dei creaturas infamant, & qui iustitiam ab exier-
nis aestimant, cum uera iustitia intra nos sit. Ego con-
tentus sum historia ipsa, quandoquidem benignitatem
dei commendat. Gihon flumen precipitat scipsum &
circuit terram Aegypti. Tertium flumen Hidekel,
& apud Græcos & Latinos Tigris uocatur, à ueloci-
tate & rapiditate nomen habens, supra Assyrios fluit.
Etiam Mesopotamia nomen habet, quod sit media inter
duo flumina, quæ fluunt inter Assyriam &c. Flavi-
us quartus est Euphrates. Ita omnibus modis latitudo
istius terræ nobis describitur, ne putemus paruum esse
locum, in quem deus Adam posuit. Et terra ista, quam
dominus homini destinauerat, fuit frugifera omnino.
Euphrates sicut Nilus inundat. Parum cedit Assyria
fertilitate Aegypto.

Tulit itaq; dominus deus ipsum Adā
& posuit eum in hortum Eden, ut cole-
ret & custodiret ipsum.

Initio noluit deus hominē esse otiosum, quod bene
hic obseruandum est. Hebraicum נָבָע magis perlit-
net ad

net ad culturam agri, & ad operationem, quam ad inhabitationem: quamvis Latini sic loquantur, & colere pro inhabitare accipient. Omnino homo oblectatus erat sepe plurimum, et potuisset, si perstitisset in innocentia sua.]

Custodiret.) Id est, ut seipsum seruaret custodiendo, ne amitteret tales à deo sibi concessas diuitias. Multe felicitates etiam nobis sunt promissae, quas Christus reddidit sua praesentia. Quemadmodum in Adam nulla solicitude de rebus futuris erat, ita & nos ubi regenerati per Christum fuerimus, exuenimus etiam istam sollicitudinem, & proiiciemus in deum spem nostram. Nobis etiam grauißima crux leuis erit per Christum. Erat igitur Adam felix, & poterat in ea felicitate perpetuo manere. Item uoluit deus eū laborare aliquid, ne ociosus esset, sed sine ulla molestia & cura. Nunc labor nobis maledictio est. Adā ut dominus delectatur in horti delitijs, & ita dominus est totius mundi: per hoc enim omnibus modis excitatur homo ad agnoscendam domini beneficentiam. Deinde sequitur, quod praeceptū dominus homini dederit, ex quo discimus quid faciat hominem iustum & iniustum, de quare proxime fusius dicamus.

Præcepitq; dominus deus ipsi Adā dicens: De omniliquo horti comedendo comedes.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

De arbore uero scientiæ boni & ma-
li, nequaquam comedes ex illa: alioquin
quacunq; die comederis ex ea, morien-
do morieris.

LECTIO.

Quærūt hic quidā, cum deus præscierit Adā pec-
caturū, & expellendū ex paradiſo, quare nam
illum introduxerit, quare etiam ei præceptum dederit,
quem sciuerat præuaricaturum. At qui multo tutius fo-
ret ab huiusmodi uanis questioribus abstinere, quām di-
uinæ maiestati oblatrare. Neq; enim est figmenti dice-
re figulo, quare sic me fecisti? Deus Adæ in initio dedit
arbitrij libertatē: hoc enim fatentur catholici omnes.
In initio inquā dedit, illud tamen non præiudicat, quin
deus operetur omnia in omnibus, à quo ueluti perenni
fonte omnia bona fluunt. Illam libertatem homini dedit
deus, quod certe multo honestius homini erat, quām si
absq; omni lege egisset, & quasi absq; ratione coactus
fuisset ad facienda bona: sic neq; uirtus declarata in Adā
fuisset, neq; ignauia eius manifestata. Porro illius erat,
donis à deo tam liberaliter concessis bene uti. Quod
peccauit, sua negligentia & ignauia peccauit. Quod
autem tantis donis præditus fuit, & tanta beneficia ac-
cepit, diuinæ benevolentiae fuit. Adiucere hoc possua-
mus, quod deus uoluit Adam sibi ipsi notiorem redde-
re, ut

re, ut cognosceret quidnam deo deberet, & ut etiam suam fragilitatem agnoscere. Et ideo eius exemplo omnes monemur, licet firmissime stemos, tamen in timore domini ambulemus, & prouideamus ne labamur, iuxta Pauli dictum: Qui stat uideat ne cadat.

Gala. ult.

Præcepit.) Quia dominus erat, ideo recte præcipebat creaturæ suæ. Præcipiebat autem deus rem minime onerosam: præterea innumera bona concedebat, & ex illis plurimis quendam exiguum censum poscebat, quo agnoscetur esse dominus.

De omni arbore.) Hoc est, magna libertate poteris comedere, et absq; periculo, quoties libuerit. Hic uides quomodo deus multa bona primo homini concedit. Vult autem etiam indicare dominum suum, ideo præceptum leuissimum adiungit, quod homo seruare debuisset.

De arbore scientiæ.) Audistis unde arbor nomen hoc accepit. Quemadmodum si quis dominus dedisset ciuitati aliquæ maxima priuilegia, in signum tamen pateret quotannis non nisi assēm, quo agnoscerent ipsum esse dominum: profecto non posset huiusmodi ciuitas conqueri de domino, qui plenam libertatem concesserat, & multa bona, quiq; nihil repeteret aliud, quam unicum assēm. Ita & deus minimum præceptum Adæ dederat, immo & uires faciendi subministrauerat, si quidem homo uoluisset seruare hoc præceptum, & ita

ENARRAT. IOAN. OECOL.

etiam immortalitatem assecutus fuisset. Adiungit autem maximum periculum, quod si non uelit id honoris deo dare, saltem periculo suo monitus, obediens sit.

Quacunq; die.) Hoc est, certissime moriturus es, & nihil certius morte tua. Obijcunt hic, cum Adam nongentos & triginta annos attigerit, quomodo illo ipso die mortuus sit? Respondeo: Est mors corporis, & est mors animae. Quantum ad animam pertinebat, mortuus est. Porro quod ad corpus attinet, certissimus erat se moritum. Nam licet suppites nongentos & triginta annos, & illos confers cum immortalitate, uix eos pro momento habiturus es. Praeterea quando sententia mortis iam pronunciata est, in re is ab omnibus mortuus esse dicitur, et si adhuc uiuat. Ita etiam certissimum erat Adam, quo ad corpus, mortem nequaquam euasurum. Praeterea dum hic legimus, praecepit de omni ligno &c. uult dicere: Ex omnibus fructibus quos tibi concedo, audacter comedere, & his ad cognitionem mei excitandus es, uel excitari debes, ut gratus mihi sis, & cognoscas quam tibi sit pernitiosum, si uolueris iuxta rationem tuam ambulare, & tuis uiribus niti. Nam sic edere de ligno scientiae boni & mali, est uelle niti propria ratione, & non credere deo. Statim hic uidemus iustificationem Adae, qualem nam habuerit, & sic nequaquam iustificabimus illum suis operibus. Iustus a deo conditus

conditus est, cum iam nullum opus bonū fecisset. Quid facere poterat cum nondum erat? Porrò lapsus uides mus ipsi tribui. Ut autem iustificetur, ex sequenti capite satis clare patebit: sola enim diuina benignitate iustificationem concedi uidebimus.

Et rursum dixit dominus deus: Non est bonum ut sit Adam solus: faciam illi adiutorium quod sit coram eo.

Quamuis superiori capite audistis deum masculum & fœminā fecisse, tamen hic clarius dicit conditio nē mulieris. Priora generaliter proposita fuerūt &c. Vir non est lapsus, neq; præuaricatus præceptum dei, nisi per mulierem seductus. Volens igitur deus ostende re, quomodo Adam seductus sit, tempestive ponit, quomodo mulier condita sit: ne quis obstreperet, Poterat deus non condidisse mulierem, quæ cessura esset in tantam pernitiē homini. Hoc igitur præoccupat, & ostendit illam diuino cōsilio formatam, & admodum utilen Adæ ad conseruationem humani generis, & alias ob causas, &c.

Adam solus.) Omnia alia animantia cōdita erant cum suis comparibus, nempe mares & fœminæ: sed hominē principio deus solum condidit, cui postea etiā edificauit mulierem, quo magis admiraremur illud opificium, & maior constaret amicitia inter virum &

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uxorem. Id licebit etiam ratione formationis cognoscere. Quidam infamantes coniugium, manifeste blasphemant contra spiritum sanctum, audentes malum pronunciare & dicere, quod deus bonum testatus est. Ecce Eva principio condita, non fuit inferior Adam aliqua ex parte: nam et ipsa diuino spiritu praedita fuit, etiam condita ad imaginem dei. Proinde non erat mala creatura dei, que in utilitatem uiri condita. Legimus apud Paulum 1. Cor. 7. Bonum est homini mulierē non tangere. Nomen autem BONI nonnunquam cōmoditatē sonat: estq; sententia: Admodū cōmodum esset homini, si molestia mulierum carere possit, si nullam omnino duceret. Sed quando Eva cōdita in paradiſo, ab initio suae conditionis recta condita est, ut minime molesta esset uiro. Nam degenerando quando facta est deterior, excidit à sua nobilitate.

Sit coram eo.) Id est, ut habeat etiā multam commoditatem ex muliere, ad procreandā prolem. Chrysostomus dicit: Cum uir grauioribus curis occupatur, sit mulier ei solatio. Singula que hic acta sunt, si quis recte expenderit, inueniet multa utilia, quae in honore coniugij dicta sunt. Deus author est coniugij. Euam in paradiſo condita est, Adam extra paradiſum. Deus Euam ad Adam adduxit, & principio Adam spiritu propheticō futura mysteria cognovit, ut textus habet.

NON

IN GENESIM. 38

Non debebat autē deus propter negligentia Euæ, multa alia bona omittere. Ambrosius egre g̃ia in hunc locū de bono uniuersitatis non obmittendo, edisserit. Ethoc planè non decebat conditorem omnipotentē, ut in ope re suo impeditetur per negligentiam unius, ut quæ condenda erant posthaberet. Decebat autem Adam principio ut cognosceret secum quām necessaria esset ipsi uxori, & quām utilitatem esset ei allatura.

Itac p̃ formauit dominus deus de humo omnem bestiam agri, & omne uolatile cœli, adduxitq; ad ipsum hominē, ut uideret, quomodo appellaret illud: omne enim quod ipse homo uocabat in anima uiuente, illud nomē eius erat.

Causa quare deus adduci curauit animantia ad Adam, haec fuit, ut uideret in omni genere hunc esse ordinem dei, ut per coniugia species conseruarentur, & sic quoq; humanum genus multiplicari debere per mulierem, uel adiutorio mulieris multiplicandum. Quamuis interim etiam aliam dignitatem Ade cognoscere licet. Suprà dixit Moses, quando conditus fit Adam, ut dominaretur piscibus & uolucribus cœli &c. iam re ipsa declaratur esse dominus. Nam cū omnia ista adducuntur ad Adam, quibus & nomina imponit, certe per hoc Adam cognoscitur omniū esse dominus. Ita Nabuchō-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

dono sor cū transstulisset tres pueros in Babel , mutauit eorū nomina , & sic mutatis nominibus in suam gentē transibant , ut ipse dominus illorū esse cognosceretur . Sic hoc loco Ad e dominiū supra omnes creaturas cōprobatur . Insinuat̄ etiam hic quanta cum securitate tunc temporis uixerit Adam : nam non lādebanī illum bestiæ , alioqui natura feroce s.

Adduxit .) Cum legimus Adduxit , non intelligimus deum crasso quodam modo coëgisse animalia uel aues , sed diuina ipsa uirtus sic ordinauit , ut animalia ista sponte accederent ad Adam , & uolucres cœli conspicue fierent , & pisces qui in aquis erat adnatarent . Legimus etiam de Eva , quæ adducta est uirtute dei sic ordinante , id est , accessit ad Adam . Neq; hic opus est , ut ponamus quandam uisionem , quasi Adam uidisset ea , ut prophetæ suas uisiones habuerunt .

Igitur uocauit ipse homo nomina cuiq; iumento & uolatili cœli , omniq; bestiæ agri : & pro homine non inuenit adiutorium quod esset coram eo .

Hic sub fine huius sententiae , habetis quare omnia dia premissa sint , & quare aues & pisces &c . adduxerit . Videmus enim neq; solum pro impositione nominum adducta esse , sed hac occasione uoluit deus , ut Adam ab initio antequam formaretur mulier , cognosceret sibi

IN GENESIM. 39

ret sibi opus esse muliere, quam maiori gratitudine in uxorem deberet recipere si illa contingeret. Hacemus etiā hoc loco admonitionem nō inutilem, sed necessaria, ut curemus ne ita temere coniugia fidelium conueniant, rebus non antea præmeditatis, quare nam ducenda sit uxor &c.

Et fecit illabi dominus deus sopore in Adam, & obdormiuit, tulitq; unam ex costis illius, et clausit carnem pro ea.

Et ædificauit dominus deus costam, quam acceperat de homine in mulierem, & adduxit eam ad hominem illū.

Sic igitur deus formare uoluit Euam confortē uiri mulierem, ut esset arctissima consuetudo, & amicitia inter uirum & mulierem: proinde ex lateribus Adæ assūpturus illam, immisit Adæ prius soporem ut obdormiret. Quamuis potuisset deus etiā non immisso sōpore omni facilitate eandē costam auferre ab Adā, sed noluit. At qui hoc dei consiliū erat, ut quodammodo labore quodā uideatur à uiro abstractā esse mulierem, et ut iterum illa magis uiro cōmendaretur. Et ne quis horror uirum obrueret in principio conditionis, tali medio usus est dominus. Necesse est ut hic rationi nostrae uidelicamus, & historiā esse sinamus historiā: deo enim qui sic cōdidit omnia, hoc quoq; facillimū erat, nempe

ENARRAT. IOAN. OECOL.

austerre costam, et pro ea carnem apponere. Nam isto miraculo deus uoluit summam charitatem atq; amicitiam nobis commendare, quam coniuges inter se seruare debent: deniq; docere ut unusquisq; coniugē suam pro carne sua agnosceret. Habemus autem ex hoc loco et sequentibus magnum mysterium, quod Apostolus in epistola Ephesiorum capite 5. explanat. Sacramentū, inquit, magnum est, uerum ego loquor de Christo et ecclesia. Nam sicut uir uxorem amat, ita deus ecclesiam, quam suo sanguine redemit, etiam amat. Sic fere mysterium hoc in principio mundi explicatū est, quod Adam secundo mortuo in cruce, uel dormiente, de latere illius sumi ecclesia deberet, cum exiret sanguis et aqua. Certe his symbolis ecclesia cōgregata est. Chris-

Ioan. 12. tius ad hoc alludit cum dicit: Ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Porrò ecclesia, que tanto precio redempta est, iure grata esse debet sponsos suo Christo, et illum intentius amare. Nō auro neq; argento redempta est, sed precioso sanguine Christi.

Adduxit.) Ut cōsideraret eam, quanta pulchritū dīc et decentia à deo condita esset, quamq; congruēt suis moribus, et apta suo ministerio esset. Illa etiā sēpe repetit, quia hoc est magnū miraculū, ut esset uirago, et si aliud sonet uirago. Nūc prophetā Adē ponit, qua cognovit, quare mulier sic esset cōdita, et quām sit ar-
ea consue-

אִשָּׁה

Et a cōsuetudo inter mulierē et uirū, nempe ut reputari
debet pro una carne. Proxime illa fūsūs explicabo.

LECTIO.

Soporem missum in Adam, quidam parum æqui
matrimonio, significare dixerunt, quod hi qui se
iungunt matrimonio, non nihil declinent à disciplina,
et obseruantia uitæ sublimioris et angelicæ, et pro-
picea consilium istud uocant soporem: in quorum sen-
tentia est Ambroſius. Verum si quis uerba que sequun-
tur recte expenderit, imo etiam ea que antecesserunt,
uidebit animū Ade aliquo modo illustratum uberiori
dei dono. Non enim talis sopor erat, qui cum à diuinis
rebus cōtemplandis impediebat, sed qui carnalia com-
pescebat, et sensum rerum abducentium à deo com-
primebat. Præcesserat iam antea consilium uisis omni-
bus animantibus, et hoc ordinatione dei: unde cogita-
bat quid de se statuisset deus, et in hac cogitatione exi-
stens somnus missus est, et in somno propheta gratia
immissa. Præterea in paradiſo Adam, quando nō pec-
carat, nihil tale ferendū erat, quale post lapsū: de ijs
dico, que ad concupiscentias carnis attinent. Hæc aut
dicta esse prophetico spiritu Apostolus testatur, et
Christus ipse, qui deo uerba illa tribuit. Videmus etiam
alios quosdam sanctos uiros propter coniugium diuino
munere et prophetico spiritu non esse priuatos. Quis

ENARRAT. IOAN. OECOL.

propius ad deum concepsit, quam Moses ipse? Quis D^auid magis illustratus fuit? ut taceam de Apostolis, qui in noua lege fuerunt. Itaq; uideamus ultra primā omnium prophetiā illam, quam necesse erat non esse vulgarēm: igitur interprete Paulo sonabit in Christum & ecclesiam, tametsi pulchre historia præstruatur. Sciat is etiam similia in alijs prophetijs euenire, ut dum quæ iuxta historiam uera sunt, nihilominus etiam alia spiritus sanctus illic recondiderit. Quemadmodū plaus nè est uerum serpentē æneum fuisse exaltatum, & uulnere sanare ab ictu cum qui illum aspicerat: nihilominus sub ea historia Christus patefacit arcanum quodam delituisse, nempe eos qui in Christum suspensum credituri essent, & oculis animi inspecturi, ut am aeternam habituros, quamvis à serpente, id est, diabolo, mortuū letifero fuerint læsi. Proinde ne contemnamus eas allegorias, quas Apostoli interpretati sunt, et si historia certa sit. Hic historia docet, primū placuisse deo Euam formari ex costa Adæ.

Et ait homo ille, hac uice os de offi-
bus meis, & caro de carne mea, huic uo-
cabitur uirago, eo quod de uiro sum-
præ sit ipsa.

Sic quidem nunc placuit deo, ut mulier hac ratio-
ne formetur, ex me sumatur, et ex latere meo. Posthac
alia

alia ratio erit, nēpe ex cōiugio prodituri sunt homines,
 id est pueri, & propterea istam uolo uocari אִישׁתָּה
 id est uirginem. Etsi neq; illius uocabuli proprietatē
 Latinus sermo satis explanat. Significat autem mascu-
 lam & fortem uirginē. Græci reliquerunt γυναῖκα.
 Ita iuxta historiam dignitatem mulieris auditis, qua-
 nam illa, quia de uiro sumpta est. Porrò quid futurum
 posthac sit, prædictit.

Propterea deseret uir patrem suum
 & matrē suam, & hærebit cum uxore
 sua, eruntq; in carnem unam.

Id est, arctissimum erit inter illos coniugium & uin-
 culum. Quamuis inter parentes & filios magna sit ne-
 cessitudo, arctior tamen futura est inter coniuges: nam
 propter cōiuges relinquendi etiam sunt parentes. Non
 quod illis iustus honor denegari debeat, id quod satis
 cauetur in sacris literis, per illud: Honora patrem tuū Exod. 20.
 et matrem tuam, ut sis longæuus super terram. Sed sic
 relinquant parentes, ut propter amorem parentū, con-
 iugalem amorem non disperdant, quandoquidem hu-
 manum genus sic seruari debet. Sunt quidam qui inter-
 pretantur hunc uersum eo modo, & dicunt, iam mox
 ab initio excludi hunc gradum, ne parentes uel pueri
 cum parentibus rem habeant, & quod iam præludat
 diuinus spiritus, futuros quosdam gradus intra quos ho-

ENARRAT. IOAN. OE-COL.

mo sese continere debeat. Sed hoc relinquimus. Postea
in Leuitico tractabimus, quomodo à legitimo matri-
monio arceri possint, qui unius carnis esse censentur.

Vxori adhærebit.) Honesta ratione adhærebit.
Nam si uelit relinquere deum propter uxore, ut Adam
qui noluit suam uxorem contristare, male ageret, idq;
sana conscientia fieri posset minime. Honeste uiuant,
liberos procreent, in gloriam dei educandos. Vna ca-
ro sunt, quoniam ex duobus illis prodit unus fructus,
tanquam ex una carne. Et uir non habet potestatem
sui corporis, neque mulier, ut taceam de unanimita-
te & concordia, quam alioqui seruare debeant. Scia-
nt se etiam eiusdem nature & dignitatis esse. Talesq;
erant cum constabat adhuc innocentia. Præterea ex
latere Adæ deprompta est mulier, non ex anteriori
parte, ne dignior censeretur, neq; ex posteriori, ne
uilior haberri possit: sed ex latere, ideo ut sit collate-
ralis, & ita ut sit in adiutorium. Et quia hæc non tam
ad formandos mores pertinent, quam etiam ad consti-
tuendas res publicas, apud quas adulterium male audit,
negligere haud conuenit. Porro quod ad allegoriam
attinet, delibatū est in superioribus. Gaudeamus illius
dignitatis nos esse, cuius est Christus. Os nostrū ipse est
nosq; ex carne eius, quandoquidē genus humanū assu-
mire dignatus est. Hæc summa ecclesiæ & nostrorum
omnium

omnium dignitas. Qui enim carnem assumpit nostra
 & spiritum cōmunicauit, effecit ut cum illo unum sis-
 mus, Ioan. 17. Natura non possumus unum esse cum
 patre, sed quia Christus unius naturae nobiscum est, ex-
 cepto peccato, ita etiam dignitatē suam nobis quodam-
 modo cōmunicauit assumpta nostra natura. Quid di-
 cit, Deseret patrem &c. si de Christo uolueris cognos-
 cere, hoc modo accipe: Reliquit Christus synagogam
 & cognitionem suam carnalem, & adhæsit ecclesiæ,
 que uiuit secundum spiritum: uult deniq; esse caput no-
 strum, et nos pro membris habere suis. Si spiritus Chri-
 sti habitat in nobis, erimus uera dei templo: & qui spi-
 ritui illius adhæret, unus spiritus efficitur cum illo.

Fuerūt autem ambo illi nudi, homo
 (inquam ille) & uxor eius, & non eru-
 bescebant.

Paucula uerba sunt, sed admodū prægnantia. Quid
 referebat dicere Adam nudum, nisi gloriam egregiam
 contineret nuditas? Nihil deforme erat illis, neq; ipsa
 erubescencia: erant recti, iusti, uestiti innocentia, præ-
 terea non mordebat illos mala conscientia. Hæc & si-
 milia per hanc nuditatem signantur. Felix est innocen-
 tia sine uestibus. Neq; periculum ibi erat peccati. Ita
 omnibus modis deus considerat hominem felicem &
 securum, tam corpore quam animo.

ENARRAT. IOAN. OECOL.
CAPVT III.

In hoc capite tertio describit nobis Moses diuinus propheta lapsum Ade, & quomodo iterum restauratus sit, & quam poenam Adam et Eua luerint propter peccatum, quod perpetrarant contra dei legem.



Erpens uero fuit callidior omni bestia agri, quam fecit deus, & dixit ad mulierem: Etiam si dixit deus, non comedetis de omni ligno horti.

Ille uersus præmittitur, quo cōmodius cætera describantur, & ad epicherema pertinet. Indicaturus enim Moses cuius dolis Adam lapsus sit, organū ipsum primo describit, quod dæmon elegerat. Serpens astutus est præ omnibus bestijs: cætera animantia bruta sunt, quorū aliqua magis callida sunt aliqua minus. Serpens ille habebat blanditiē quandā, & miram calliditatem, per quam et Euam seduxit. Arbitrantur quidam tunc aliam fuisse figurā serpentis, quam nunc est. Multa sunt etiam genera serpentum: quidam erecto collo uadunt inter reptilia, ut basilisci & coronati serpentes: quidam repunt. Præterea nullus horror erat Adamo inter has bestias constituto, quia nullum erat peccatum, et saluum adhuc erat dominiū Ade in omnes creaturas. Non est ideo magnum miraculum, si Eua collocuta est.

Vita est serpenti. Satan deligit sibi huiusmodi blanda organa, ut homines decipiatur. Discamus hic ne nostris viribus aliquid tribuamus. Si Adam securus non fuit in paradiſo à satane suggestu, neq; nobis promittamus ullam securitatem in hoc peccatrici mundo. Videmus & sentimus quotidie uarios astus dæmonis: nihil enim astu illius uerutius: hominem qua parte infirmior est, ea aggredi solet, & ita etiā Euam aggressus est. Thymot. 2. scribit Paulus, quod Adam non sit deceptus, sed Euam. Illam auertit satan mira astutia à simplicitate sui sensus. Præterea hunc modū habet satan, ut quam maxime fidei omnium insidietur. Primū in genere nobis suspicionem quandam de deo, quasi non optime nobis uelit, suggerit, & quasi inuidet nobis, uel quasi minus certa sint quæ ab illo dicta sunt. Cæterum illud **¶** notate, neq; opus est repetere. Id uult dicere: Deus dixit, non edetis de omni arbore horti. Nam Latini hoc nomine utuntur in irrisiōibus. Item etiam, si aliquid affirmare uolunt uel reiçere, illud adisciunt, ut bonus scilicet est uir, quasi dicant, minime. Ia eben also isti. Vult igitur satan persuadere, dicendo: Non illa tam certa sunt, ut tu dicis: putas quod prohibeat uobis deus aliquid ex illis arboribus paradiſi: quid illa ad deū? Nunsquid esca ad deū? quod intrat in os, non coquinat hominem. Putatis quod tale aliquid prohibuerit uobis

ENARRAT. IOAN. OECOL.

deus? Hæc est astutia diaboli; ut faciat dubitare de uerbo domini corda nostra: & ubi soluerit timorem & fidem, ut putemus uerbum eius nō esse tam rigide dictū, facile tunc uincet, quia inuenit nos infirmos, & dubitantes de uerbo domini.

Et dixit mulier ad serpentē, de fructu ligni horti comedimus.

De fructu uero arboris, quæ est in medio horti, dixit deus: nequaquam comedetis ex ea, neq; contingatis illam, ne sorte moriamini.

Et dixit serpens ad mulierem: Non moriendo moriemini.

Sed scit deus, quod ipsa die quando comederitis ex ipsa, aperiātur oculi uestrī, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum.

Bene expendite uerba ista, & uidete ne imitemini exemplum Eua, quæ dicit: Hoc mandatum est dei, qui permisit de lignis ut comedamus, de uno autē isto non permisit. Et addidit: In medio quasi dicat: Videtur esse aliquo modo preciosior fructus ille. Et iterum addit: Ne attingatis. Quamvis Eua dicere poterat hoc, animo maioris religionis: Dominus dixit, ne edatis, ideo ne attingere uolumus. Ita sapientior uolebat deo esse.

Proinde

Proinde non est tutum aliquid addere uerbis dei, uel demere. Hæc erat ignavia Euæ, quæ tam statim assensum præbuit serpenti. Nam hoc unū spectauit serpens, si posset Euam eò ducere, ut seduceret, & in dubium uerbum dei poneret: et ita ferè omnes peccamus. Nam si hoc certissime persuasum esset, deum uidere omnia, & iudicem esse, & sumpturum rationem de omnibus factis, siue bonis siue malis, non luctaremus nos dicentes in animo, Impune erit peccatum &c. quod Sapien tiæ 2. cap. describitur pulchre: sed utiq; cessaremus à peccatis. Hoc quamprimum animaduertit satan in homine, nō cessat suis suggestionibus quò tandem id quod instillauit peragatur. Et quia semel scintillam ignis imiserat in animam Euæ, iam parat istam incendere. Dicit enim satan: Vana illa uerba sunt, nihil est quod timet, ne à morte sibi timerent, & transgredientibus bona pollicetur, quasi deus inuideat. Mendax est, & ab initio. Aperti quidē oculi eorum sunt, sed in magnū malum ipsorū: & dij non sunt facti, immo animantia. Nōne Adam prius bonū & malum sciuit? alias nō scisset?

ENARRAT. IOAN. OECOL.

de precepto. Vult deus ut iuxta uerbum illius agamus. Satan ab obedientia dei abducit, & nos ipsos nobis ipsis relinquit. Ex illis pollicitis statim misera Eva seducta est, & uidit quod antea non uiderat. Cæterum dum hæc uel legimus uel audimus, possumus uarias fraudes satanæ, quibus humanum genus uexat agnoscere. Primum in externis habet sua organa, habet haereticos, habet hypocritas: iam per serpentem loquitur, iam per impios & malos homines, qui nos à fide uera abducere conantur. Deinde etiā ipsa nostra concupiscentia, quæ in nobis est, uarie tentamur, ut in Iacobii epistola habemus, qui dicit: vniuersisque tentatur dum à propria concupiscentia abstrahitur & infestatur. Deinde concupiscentia postea aqua concepit, parit peccatum, peccatum uero perfectum pro dignitatem morte. Curandū igitur omnibus modis, ne uerbum dei ablegemos, sed illo constanter inhæreamus. Per Euam quidam intellecerunt sensum: offert enim sese uoluptas sensui nostro admodum deletabilis & grata, mox ubi timor dei ablatus fuerit, maximū periculum est sensibus animi, ut sic peccatum consummatur: de quo uberioris crastina lectione.

LECTIO.

Audiimus nuper impostoris antiqui insidias, et quibus arietibus, quibusue machinis simplicissimos quosque aggrediatur exemplo Euæ, maxime ut sumum istud

mum istud bonum, fidem inquam nostram depopula-
tur: quam ubi à nobis abstulerit, tunc nos totos sibi sub-
iicit. Hoc igitur unicum eius studium est. Quia enim
ipse è cœlo fuit electus, non cessavit quin inuidens ho-
mini, ipsum è paradiſo fraudibus suis ejaceret. Vidimus
etiam in Eua nostram fragilitatem, & quām proni ad
peccandum simus, & quomodo à concupiscentia no-
stra tanquam à serpentinis suggestionibus inescamur.
Nunc sequitur.

Vidēs itaq; mulier, quod bona esset
arbor illa in cibum, & oculis concupi-
scibilis, desiderabilis quoq; esset ipsa ar-
bor ad prudentiā comparandam, tulit
de fructu illius & comedit: deditq; uiro
suo existenti secū, qui & ipse comedit.

Tentationem audistis, nunc pœnam uel fructus in-
fidelitatis licet agnoscere. Mox enim amissa fide, etiā
innocentiam amisit, & in se sensit illicitos motus, &
desideria nocentia. Nam uidit, inquit. Nōnne etiā Eua
ante uiderat? neq; cæcam illam creauit deus, ut arbore
non uideret ante oculos positam, & ut non uideret qui
nam, & quām delectabilis fructus in hac arbore. Hoc
nemo negat. Sed aliter nunc uidet, aliter etiam antea
uidit. Quamuis enim etiam frueretur oculorū munere
antea, tamen non impediabatur à diuinarum rerum

ENARRAT. IOAN. OECOL.

consideratione , neq; sic delabebatur ad inferiora ista .
Nam illud uidere , quod Eua uidit hanc arborem bona
esse ad edendum , insinuat quod iam propensa esse coe-
pit ad res istas inferiores appetendas . Poterat etiam
edere , sed absq; omni uoracitate uel gula , uel immode-
rata cupiditate . Iam sensit in se deordinationem quan-
dam uim suam exerentē , & illa ipsa deordinatio hoc
loco indicatur . Miro modo Eua expetijt arborem &
fructus illius . Considerauit bonos fructus arboris istius ,
& quam iucunda arbor oculis esset , & sic tota oculis
hærebat in illam , & non ab istis creaturis ascendebat
ad ipsum conditorem , sed neglecto conditoris præce-
pto , secuta est suas concupiscentias . Ita desiderabilis
arbor probabatur ei , & quod audierat à serpente co-
gitabat , si posset similis dijs fieri , bonum & malū scien-
tibus . Mendaciter dæmon multa promiserat , propte-
re asperbat tale eximium donum posse æquari se deo ,
& non curabat , quæ deus præceperat . Hoc postea in-
dicabit Moses de utrisq; , quomodo oculi amborum as-
pertisint , sed nondum malam conscientiā , & huiusmo-
di deordinationes senserant . Suprà annotatū est , quare
arbor scientiæ boni & mali dicta sit , non quod arbor
possit aliquid scientiæ dare , sed quia præceptum acce-
pit homo , ne sua ratione fisis uelit uiuere , sed potius
iuxta uerbum dei præscriptum omnia agere debere .

Comedit

Comedit.) Praecepit tentatio, iusta erat, et ita
abiecta pudoris freno, comedit. Ratio haec peccati est,
quod nisi paenitentia statim aboleatur, maiora sumat
incrementa. Non contenta est Eva, quod ipsa manda-
tum dei transgressa est, sed etiam in idem peccatum con-
iugem suum trahit, et autorem peccati facit. Non enim
nocuisset humano generi, si Eva solum peccasset, et
Adam immunis peccati fuisset: potuisset deus aliam
uxorem condere, illa reiecta. Vbi autem Adam pecca-
uit, peccatum in omne genus humanum descendit. Nul-
las hic persuasiones adhibet Eva. Legimus simpliciter,
comedit Adam, ne scilicet contristaret uxorem suam.
Apostolus Adam non seductum fuisse, sed Eum, testa-
tur, ut supra monui. Adam acceperat mandatum a deo,
nondum Eva creata, eratque Adam doctor Euae. Nam
sic ab initio dominus ordinauit, ut alij alios doceant, ne
uerbum suum contemptui esset. Facile igitur potuit im-
poni Euae, tanquam discipula, que illud mandatum acce-
perat ab homine Adam: sed Adam a domino audierat,
propriea peccatum Adae minus excusabile est. Ipsius
erat midierem corripere propter praevaricationem, et
non mox assentire eius suggestionibus. Similiter nulla-
ratione excusabiles erunt qui aliorum sunt doctores, si
ob infirmitatem plebis que facile seducitur, ipsi quoque
eandem uitiam ingrediuntur. Neque enim omnino excus-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

sauit Aaronē, quod populus peteret sibi fabricari idola: nam & ipse debebat populū reprehendere. Ita pater plebis debet se gerere uirum in his que spectant ad gloriam dei, uel promouendam, uel obscurandam. Sic etiam Paulus monet Corinthios, ne sicut Eua in similitudine sua seducta est, etiam sensus ipsorum corrumpan tur. Accepimus iam peccatum, & nunc utrisq; peccatis, audietis quomodo omnis honestas cessauerit, & decor ablatus sit ab eis. Vnde legimus:

Et aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt quod nudi essent, & consuerunt folia siculneæ, feceruntq; sibi cinctoria.

Iterum per apertio[n]em oculorum, quia agnouerūt se esse nudos, indicatur pudor illis innatus. Iam videbant membra sua rebelli rationi, & sic quoq; animam aliquo modo esse mortuā intelligebant. Mortua enim mox ut comederūt fuit anima eorum, quia priuata dei gratia: neq; tam efficax spiritus dei in illis erat, ut antea, qui moderaret omnia eorum membra. Non enim duntaxat genitalia membra simpliciter hic intelligenda sunt, et si hoc adducetur ab omnibus, quod premaximo pudore illa tegerint, sed sensus omnes non obtemperabant rationi, quandoquidem ipsi deo inobedientes fuerant. Ob hanc nouitatem igitur, quam antea in se ipsis

Ipsis non attenderant, iam erubescunt, uident bonum & malum, uident quid admiserint. Non ignorabant se prius etiam uestitu carere, sed non offendebantur nuditate illa, quia nihil erat unde erubescere poterat. Verū ubi tantam rebellionē inuenierunt in membris suis propter peccatum, inuenierunt se etiam spoliatos exuuijs donis dei. Porrò hinc apparet, quod ubi peccatum est, non posse nostris laboribus, nostraq; cura nos ipsos reparare, sed opus est diuina gratia, qua corda purgantur, ut possimus agnoscere peccatum, & id agere quod domino placet. Homo tamen, præserit peccator, qui multum fudit suaratione, cogitat quomodo possit suis viribus se honestare, & abscondere suam turpitudinē, quod iam Moses ostēdit, sed id sua prudentia nō faciet.

Folia ficulneæ.) Aptiora aliquanto ad contegen-
dum folia illa sunt: succinctoria nimirum, ut membra
sua tegerent, consuunt. Nuditatem illam antea in se-
ipsis non agnouerant, quam iam post perpetratū pec-
catum conspiciunt. Sed uanum erat illud studium con-
tegendi, nam ante oculos domini plus satis conspicui-
erant. Discamus igitur uires nostri arbitrij, quas iactat
quidam, non sufficere, ut si ceciderimus, iterum repa-
rari possimus: opus est deo adiutore. Nam si quispiam
potuisset aliquid, nemo magis utiq; potuisset Adam et
Eua, qui tam recti conditi fuerant à deo: sed inuenimus

ENARRAT. IOAN. OECOL.

illos omnino succubere. Et hec dicta sunt de peccatori
Nam nunc deus misertus illorum, uocat ipsos ad iudi-
cium antequam condemnnet: deinde condemnat, ut ite-
rum humiliatis concedat gratiam, etiam in hoc ostend-
dens se benignū patrem. Sunt qui illa considerant pre-
ter spem, sed magis attendere debebant bonitatem dei,
qui sciebat morbum nostrum tali remedio indigere, &
ut sic cognosceremus peccatum nostrum, & recte hu-
miliaremur.

Et audierunt uocem domini dei de-
ambulantis in horto ad uentum diei, &
abscondit se Adam & uxor illius à fa-
cie domini dei inter arbores horti.

Vocantur igitur à deo ad reddendam rationem. Ita
& nos dum peccamus, putamus deum non uidere, neq;
attendere nostra peccata: sed ubi peccauerimus consci-
entia nostra concutitur his arietibus: Quare hoc feci-
sti: sic & sic, &c. Nam illa obiurgatio erat uox domi-
ni dei. Neq; uerisimile est, quod uiderint deum hoc mo-
do, ut quidam prophetarum. Ad exponendum hunc lo-
cum facis facit Chrysostomus. Et satis est, si deus ita illo-
rum conscientiam concusset, ut agnoscerent peccatum
peractum.

De ambulantis.) Peccator ubiq; sibi timet. Ete-
hic ad uesperam diei, uel cum iam dies refrigeraretur.

Quidam

Quidam putant suisse factum sonitum quendam cum strepitu, qui mentem illorum consternauerit, quiq; sonitus uox dei fuerit, ut postea in Cain uidebimus, quomodo illū conscientia sua uexarit. Peſima erynnis est conscientia peccatis polluta. Erat eis horror cū strepitu, uel cum alijs rebus aliquid terriculamenti excitabatur tempore uesperarum. Et mos est scripturæ tempus affi gnare moribus congruū. Nox erat quando Petrus negabat Christum: & frigus, quia deficiebat charitas & fides. Ita hoc loci etiam tempus factō bene congruit.

A facie.) Quid faciet peccator? quomodo se abscondet à facie iudicis, qui ubiq; est, & omnia comprehendit? Iam uident se omnino deprehensos; in arbustū quoddam densius se coniiciunt, in quo delitescant, ne uideantur. Iterum magna stultitia illorū apparet in eo quod se occultare conantur à domini facie. Desideria illa deniq; stulta secuta est magna cæcitas, quia nō bene sentiebant deo.

Et uocauit dominus deus ipsum Adam, & ait illi: Vbi es tu?

Emphaticōs est dictum: Vbi ubi? Dominus non per ignorantia loquitur, quasi ignoret quid actū sit, uel ubi sit, sed ut prouocet eum ad confitendum peccatum suum, & ut agnoscat in quantam sese coniecerit misericordiam. Quasi dicat. Quousq; te præcipitasti ô Adams?

ENARRAT. IOAN. OE COL.

in quam foueam te conieisti? ex qua felicitate dicie tuus
es? Non es idem Adam qualis à me conditus fuisti, iam
fugis lucem, qui eras dominus totius mundi. Hæc sunt
uerba dei ad Adam, quibus deus alloquitur suam con-
scientiam. Neq; opus ut de illa externa uoce intelligas
mus, et si dominus facile potuerit per angelos uocem ta-
lcm formare, cui nihil impossibile. Atqui nolumus con-
tendere cum quopiam de illa re. Id enim quotidie expe-
rimur in nobis, quod ipse Adam, cum præceptum do-
mini transgredimur, et agnoscimus etiam quām male
egerimus ubi peccatum fuerit impletum. Aliter tamen
deus nos admonet peccatorū, et aliter satan. Deus ad-
monet, ut poenitentia deleamus peccata. Satan admo-
net et irritet, ut eos quos antea in peccatum seducen-
do iniecerat, omnino perdat per desperationem. Vide-
tis autem hic pulcherrime hominem internum descri-
bi, quomodo secum affligatur, et ubiq; querat effus-
gia, cū nulla appareant nisi ad deum cōuersi fuerimus.

Qui ait: Vocem tuam audiui in hor-
to, & extimui, quia nudus ego, & ab-
sconditus sum.

Tardus est Adam ad agnoscendū peccatum suum,
et quiduis aliud loquitur, quām ut se reum esse dicat.
Vult dicere: Iam præter morem solitum duriorem te
experior, et longe aliam uocem audio, quām hac te-

nus. Hinc factum est quod præ timore me sic abscondo: non est amplius mihi talis fiducia, ut sic comparere possim coram te. Audiui iram tuam, quam ferre non possum. Non dicit Adam peccatum suum, quod meritò cōsideri debebat: unde dominus amplius urget eum ad confessionem peccati, quò tandem misericordiam & remissionem adsequatur. Sic uidetis peccatorem non audere oculos in cœlum attollere. Lege Luc. 15 .de filio prodigo locum diligenter, & inuenies quid peccatorē oporteat facere. Et nisi dominus adiuuet sua gratia ut iterum spem misericordie dei concipiatur, non mirum peccatorem desperare. Nam uidetis Adam quādam deordinationem in se experiri qualem nunquam passus fuit, attamen peccatū suum agnoscere recusat.

Et ille dixit: Quis indicauit tibi quod nudus es? nunquid de ipsa arbore, de qua præcepi tibi ut non comederes ex ipsa, comedisti?

Ecce tu non fateris peccatum tuum, necesse ut ego tibi illud obijciam. Prævaricatus es præceptū meum. Parum quiddam erat, quod mandaueram, nempe de unius arboris fructu ne comederes, cum alia omnia tibi concesserim. Comedisti de hoc uictito fructu: hæc præmia tue ingratitudinis, et fructus tue inobedienti.e, iam nihil in te pulchrum inuenies. Adam nondum senserat

ENARRAT. IOAN. OECOL.

mortē. Et quamuis anima eius gratia dei destituta esset attamē non sensit ipsam mortē, sed incipiebat paulatim erubescere, fugere, trepidare &c. Nam rationem reddere tanto iudici, non parua carnificina est mentis. Vult igitur dominus dicere: Inde apparet unde sint tibi oculi aperti. Nōnne antea nudus eras? quae illa noua nuditas? Apparet te nudū esse ab innocentia et virtutibus: habe hoc tibi propter peccati prævaricationem.

Et dixit Adam: Mulier ipsa quam dedisti ut mecum esset, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi.

Quamuis iam palam deus obiecerat Ad. e peccatū suū, per quod uolebat illū inducere ad confessionē, quò citius ei misereretur: ille aut̄ non solū non cōfitetur peccatiū suum, sed etiā in sociā suā culpam reiūcere studet, imò in deū, qui sibi illā dederat. Vult dicere: Quare nō dedissi mihi aliā mulierē, quae honestiora sua fuisse? Tu autor illius peccati es, quia tu dedisti illā. Quām stupefacta excusatio sit, facile quis uidet, cū Adam debebat docere uxorē suā, & nō uicissim ab illā doceri. Vocē dici, nō mulieris audire debebat. Tales etiā pleriq; hodie inueniuntur, qui audēt dicere: Quare dominus corpus mihi dedit tam infirmū, tamq; propensum ad peccandū? Neq; interim illi expendunt deū etiam promisso gratiā. Non est igitur ut culpa in illū reiūcias, cuius est omnis

mis honor et gloria. Hæc sunt illa solia scilicet, friuole excusationes, quas perpetuò culpis nostris præteximus. Statim nos excusamus postq; lapsi sumus in peccata, quasi innocentes sumus, nūc in hos, nūc in alios culpā reiuentes, cū maxima culpa in nobis sit. Ita profecto nemo statim suā ignorantia agnoscit. Videlicet quantum innatum sit nobis philautiæ in excusando nostra delicta. Miserares, uolumus iusti et sancti apparere, cum sumus insignes peccatores. Hæc est illa hereditas, quam ex ipso Adam habemus. Oportet ut quisq; agnoscat malitiam humani cordis: illa enim agnita, omne studium emendandæ uite excitabit.

Et dixit dominus deus ad mulierē:
Cur hoc fecisti? Et dixit mulier: Ipse ser-
pens seduxit me, &c. comedí.

Vides etiam quod & ipsa mulier stultam excusatio nem ad fert. Serpens uim non fecit, ideo suæ stultitiae illud peccatiū debebat ascribere, nō serpenti. Ita suis uerbis se incusauit, cū libere peccatiū suū debeat cōsideri. Vbiq; per omnē scripturā licebit animaduertere, quo-
ties deus iustitiam exercet, et poenam aliquā intentare vult, primo satis cognitiū facit peccatiū, propter quod punire hominē deliberat. Sic etiā hoc loco antea expo-
stulauit cū Adā & Eua, et quū rei inuenti sunt, senten-
tiā, quā meruerant facta ipsorū, subiungit. Quam-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uis autem illa uidetur esse admodum dura & crude-
lia, reuera tamen strepte expendantur, sunt misericor-
diae dei plena. Et iterum licet agnoscere diuinam be-
nevolentiam : neq; enim deus cum homine egit, quem
admodū meruerat, pro magnitudine peccati . Adam
cū omni sua posteritate meruerat totus abisci, totusq;
condemnari : deus tamen spacium poenitentie tum illi
tum posteritati eius donauit, & de redemptore pro-
uidit, ex mera benignitate, et à nullo prouocatus. Hæc
igitur cum poenis illis cōiuncta sunt . Necesse itaq; est,
ut misericordiā dei ubiq; magnificamus. Imò si omnia
ordine perspexeris que hic aguntur, uidetis iterum
deum cum homine tanquam patrem cum dilecto filio
agere, quem iniuitus tam dure tractat. Quia enim abu-
si sumus delitijs paradisi, & nihil profuit nobis omnium
rerum abundantia, alia uia erudire nos uoluit deus, ni-
mirum per calamitates & aduersitates, ut sic tandem
contemptis istis rebus temporalibus, ad uera bona con-
uertamur. Videamus igitur sententias illas.

Et dixit dominus deus ad serpentē:
Quia fecisti hoc, maledictus es præ o-
mni iumento, & præ omni bestia agric.
super uentre tuū gradieris, & puluerē
comedes omnibus diebus uitæ tuæ.

Primum condemnat deus serpentem, à quo tamen
facili

facti rationem non quæsiuit. Neq; expostulauerat ante a cum serpente, sicut cum Adā & Eua. Longe enim aliud peccatum fuit diaboli, qui per serpentem operatus fuit, quam peccatum uel Adæ uel Euæ: quia is per malitiam & inuidiam peccauerat, ad obscurandā diuinam gloriam: quod genus peccati ferè grauius est, quam ut unquam ueniam mereatur. Et iam olim diabolus eie^ctus fuit ex angelorum consortio propter suam malitiam. Expediebat etiam homini, & addebat nonnihil consolationis, uideri iam inimicū suum grauiter à deo tractari & puniri. Solemus enim nonnunquam consolationem accipere, quando uidemus eos qui nos affixe runt, ante oculos nostros male habere. Ideo & serpens principio punitur, & sic aliquid timoris tum Adæ tum Euæ incutitur, id tamen habebat suam consolationem.

Quia fecisti.) Peccatum serpentis deus non manifestat, utpote rem per quam inuisam & abominabilem. Fecisti tantam rem, illam meam creaturam, propter quam omnia consideram, abduxisti, inuidiaq; decepisti. Ausus igitur tantam rem, maledictus sis præ omnibus bestijs. Habebat serpens aliquid prærogatiue præ cæteris animalibus, quia callidior בְּרִיא & in hoc habebat aliquid prouidentie. Fertur tunc creclus incessisse, & statura regiam dignitatem habuisse præ cæteris animalibus, unde etiam familiarior fuit homi-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ni. Quantum exaltatus est serpens, tantum humiliatus est præ omnibus animalibus, ne amplius erigeret se in sublime.

Puluerem terræ.) Non uesceris de alijs fructibus terræ nascentibus, quia occasionem dedisti mulieri ad peccandum: hæcque erat cōdemnatio serpentis. In omnibus illis sententijs uos potestis considerare, quomodo id deus potissimum punit in homine peccatore, quod præcipue auertere solet à deo. Serpens erectus incedebat. Punit igitur illum deus & humiliat, ut ambulet super terram, quia erecte incedendo familiaris fuit homini, et sic decepit. Inuenimus in serpente illam superbiam, quæ proprie est Luciferi: in muliere delicias. E contrario ambo puniuntur, nempe doloribus. In Adam inuenimus ignorantiam, quæ leuat laboribus. Quidam illa expōnentes afferunt multas allegorias, quas non licet omnino contempnere, modo habeamus historiam. Diabolus abusus est serpente, ideo etiam serpens puniri debuit propter hoc: sed grauior poena diabolo infligitur. Et quæ poena est diaboli, ea etiam est membrorum illius, quia æque illis peculiare est, & abducere simplices à gloria dei, & conspirare contra pios, atque diabolo ipsi. Terrena illi querunt, et si uideantur sublimia sapere. Sic etiam hi in quibus potestate suam exercet, puniuntur à deo propter superbiam suam, ut iam non adspicere ad coelos

ad cœlestia, sed solum temporalibus contenti sunt: et dum potiuntur illis delitijs, putant se esse beatos, quod tamen maxime ad eorum maledictionē pertinet, quia fontem omnis boni amiserunt.

Et inimicitias ponam inter te & inter ipsam mulierem, inter semen tuū, & inter semen illius: ipsum cōteret tibi caput, & tu conteres eius calcaneum.

Dicitur serpenti, maligne egisti cum homine, præsertim cum muliere, quā inuenisti infirmorem: tu post hac ab illa uincēris, et ab eius semine. Si etiam naturā rerum spectemus, tale quiddam inuenimus, quod natura abhorreamus à serpente, præsertim muliebre genus illos magis formidat, unde inimicitiae quedam sunt inter serpentes & mulieres. Illae enim omnino uellent serpentes ablatos, quia insidiantur illis. In serpenibus etiā pestilens uenenum est, quo hominibus molesti sunt. Ipsum semen, id est, humanum genus, conteret caput tuum. Homo sciet infirmitatem tuam, quod contrito capite totus peris, & ita potestatem tuam tollet: tu autem non poteris mox inuadere caput hominis, sed infidiaberis solum calcaneo, quia humi incedes, et non potes te adeò erigere, ut aliquid nocimenti inferas homini. Hebrei habent: Mordebis sibilando pedibus, infundendo ita uenenum in posteriorē partem hominis. Tale

ENARRAT. IOAN. OECOL.

quidam licet uidere in ipsis animalibus, quæ oderunt
humanum genus. Nihilominus longe sublimiora hic
commendantur nobis. Videmus enim quod deus non
omnino hominem abiecit, quamuis exasperauerit eum,
sed potius conatur illum scruare. Iam constitutus ho-
mo superior serpente, ut spem concipiatur deum sibi be-
ne uelle: & ita cōstituit deus hominē, ut pater terrenus
facit, qui dāt filio suo potestatēm contra hostes &c.
Vnde etiam homo potuit surgere, & maiorem spem
de deo habere. Neq; ibo inficias, quin in hoc uersu con-
solatio magna sit homini data. Quid magis consolatur
nos, quam cognoscere deum nobis bene uelle, & dare
uirtutem ut hostem uincamus, qui longe damnosior est
hostis, quam serpens? Potestas diaboli multo nocentior
est quam ullius crudelissimi hostis. Deus igitur qui ad-
est homini contra inimicum minus ualidum, utiq; con-
tra inimicum magis ualidum non denegabit suum au-
xilium. Estq; sententia: Sint perpetue inimicitiae inter
mulierem & semen illius, id est, contra ipsum diabolū,
& eius filios. Nam generatio malorum contra electos
dei pugnat, quæ organum est diaboli, ut pessundet bo-
nos. Tam contra diabolum ipsum, quam contra mem-
bra eius, sunt inimicitiae assidue fideli homini. Videas-
mus itaq; quanta benignitas sit patris, qui nobis sua
gratia adest, & adesse uult. Per caput potentiam, pote-
statem,

statem, & omnem uim intelligimus. Deus dat filijs suis
 ut possint draconem & basiliscum conculcare: quam
 potestatem etiam Christus suis discipulis promisit. Illa
 potestas per gratiam dei datur & nobis, ut conteram
 mus caput inimici. Ille enim non cessabit, quin semper
 nobis insidietur. Qui mordet uertunt, sic interpre-
 tantur: Poterit carni nocere, & inferioribus partibus,
 & temporalibus rebus: non autem animæ, nisi uelimus
 gratiam dei omnino contemnere: illamq; consolationē
 ante omnia puto hic commendari. Nec me latet quod
 recentiores dicunt, de semine Christo esse intelligenda.
 Licet sit uerum, tamen nullibi ab Apostolis hoc testi-
 monium citatum legimus, cum alia de Christo filio dei
 adduxerint. Contra Iudeos pugnaturi, uereor citius
 irrideamur, quam aliquid efficiamus, si hunc locum ci-
 tauerimus. Apud piros autem hoc testimonium multum
 ualeat, quia per semen Christum sciunt diabolū sua po-
 testate exutum, imò & penitus uictum. Item quædam
 de calcaneo adjiciunt, cui satan insidiatus est, quia Chri-
 stus tentatus & suffixus in crucē. Iudas enim qui pro-
 didit Christum, hoc egit incitatus à diabolo: similiter et
 Iudei. Quamuis etiam si proprietatem uerbi seminis
 aduertamus, non ad unum, sed ad posteritatem bene-
 dictio in Christo competit. Pulchre spes datur in deo,
 quod licet digni simus condemnatione, tamen ea bni-

ENARRAT. IOAN. OECOL.
gnitas dei est, que non vult tradere nos hosti, sed facere
superiores. Sequitur nunc de Eua.

Ad mulierem uero dixit: Multipli-
cando multiplicabo dolorem tuum, &
conceptū tuum: in dolore paries filios,
& ad uirum tuum erit desideriū tuum,
& ipse dominabitur tibi.

Scimus quomodo Eua peccauerit imbecillitate in-
firmior & simplicior, unde impositum ei à serpente.
Non legimus quod deus maledixerit Euæ, ut etiā po-
stea de Cain: sed illud de terra & serpente legimus: un-
de sentētia ista erat aliquo modo tolerabilis. Vult deus
dicere: Nunc aliter te erudiam: quia per delicias istas
declinasti à me, & abusus es bonis conceſſis, mutabo
illam uiuendi rationem in diam tibi uiliorem, ut non
tam securè uiuas absq; omnibus molestijs. Et mulieri,
que uas est natura infirmius, iuxta Pauli dictum, deus
plures afflictiones dedit. Hocq; hic est notandum, ut
tempore mensuum, & quando concipiunt & pariunt.
Nōnne sic omnis ferè uita mulieris laboriosa est? Men-
ses cū patitur, grauidacum est, cū parit, nōnne omnia
plena dolorū? Dicit igitur: Hanc crucē tibi iniungam,
ut posthac maiori diligentia memor sis mandatorū dei.
Neq; diam ob causam ea imponit mulieri, quam ut ne
posthac sit superba, sed memor suæ fragilitatis. Chryſ-
ſostomus

Sostomus dicit in hunc locum: Quamvis cruciatus sis
habitata in partu, tamen post partum iterum conuer-
teris ad virum tuum, & alios pueros paries. Malo autem
sic interpretari. Eris sub viro tuo, illi honorem dabis,
ille imperabit tibi, ut postea deus seipsum exponit,
quod vir caput sit mulieris. Ita & iuxta Apostolum non
permittitur mulieri loqui in ecclesia, sed subdita sit viro
& tegat caput suum.

Desiderium.) Alij concupiscentia, uel conuersio.
αποστολη, auersio ab alijs ad illum in cupiditate qua-
dam, ut sit vir quasi patronus in omnibus rebus mulie-
ris. Et auersio pro conuersio accipitur. Dicit: Antea
æqualis marito eras, eiusdem dignitatis, ex latere viri,
& dignitate par, sed iam quia fuisti viro causarum
in poenam tuam futurum est, ut subdita sis viro. In se-
quenti capite habebitis de Abel, quod cōuersio eius sit
ad Cain, quia Abel non insidiabatur dignitati Cain, ut
sciatis etiam hoc eo in loco pertinere ad imperium. Mulier
illa est quæ peccauit, & sic sunt delitiae in amaritudi-
nes conuersæ. Sic nobis continget si ab obedientia do-
mini cessemus: immittet dominus uarias ægritudines,
ut reuertamur ad eum. Nunc loquitur Adæ.

Ad Adam uero dixit: Quia audisti
uocem uxoris tuæ, & comedisti de ar-
bore, de qua præcepit tibi dicens: non

ENARRAT. IOAN. OECOL.
comedes ex ea, maledicta est humus
propter te, in dolore comedes eam o-
mnibus diebus uitæ tuæ.

Et spinam atq; tribulum faciet cre-
scere tibi, & manducabis herbam agri.

Alij, In afflictione comedes. Ita Adæ improperat
tum negligentiam suam, tum etiam ingratitudinem,
quod abusus sit benignitate dei. Taxatur etiam ibi ma-
gna ignavia Adæ: oportebat enim cum strenuum ui-
rum esse, et si Eva à serpente fuisset decepta. Ipse ma-
gister Euæ erat, ideo magis strenuum esse illum dece-
bat. Ipse debebat docere uxorem, quod neglexit, et ex
magistro inepto, discipulus inepitus factus est. Vult di-
cere: Fuiisti inobediens, uictus es à delitijs, fuiisti ignauis
sextator prohibitarū deliciarum, maledicta igitur ter-
ra. Dominus omnium rerum eras, & terra propter te
condita, ut tibi seruiret: sed quia tu non seruiuisti creato-
ri, neq; terra tibi seruiet. Et postea subdit: Licet labo-
res & sis strenuus, tamen terra fructū non dabit. Vide
quid fecit ignavia tua. Pro delitijs habebis hunc labo-
rem. Poteras in paradiſo uiuere felix & immortalis,
sed iam laborabis: et si multum laboraueris, tamen non
dabit terra fructus quos speraueris. Iam mutabitur tibi
paradiſus, & pro optimis fructibus dabit tibi spinas et
tribulos, ut uix inde sis habiturus fænum terræ, id est, ui-
lem fructum.

In sudore

In sudore uultus tui uesceris pane
donec reuertaris in humum: ex ea enim
sumptus es, quandoquidem puluis sis,
& in puluerem reuersurus sis.

Vide quid egeris: delitiae fuissent tibi seruare para-
disum, nunc laborabis usq; ad sudorem. Maledicti qui
qui Adae iugum excutiunt. Nihil feliciter continget absq;
labore. Neq; solum de labore agricolarum hunc locum
intelliges, sed quicquid agit homo quod honestum est,
id in scriptura dicitur laborare.

Puluis es.) Hec erat sententia in Adam, que &
totum humanum genus comprehendit: sed semper que-
dam consolatio speranda apud patrem misericordiarum.

LECTIO.

Audiuimus heri, quomodo inobedientiam Adae
& Euae deus paterna castigatione castigaue-
rit, & pro delitijs paradisi uarias calamitates humano
generi immiserit, presertim mulieri, cui prædicuntur
dolores menstrui & partus. Deinde etiam uiro, quam-
uis laboret in sudore uultus sui, tamen terram fore insru-
giferam, ut homo cognoscat, quæcumq; terra profert,
illa diuino beneficio cōcedi, et non humano labore ac-
quiri. Postremo memores eos facit sue originis, quod
talia ferre debeant, donec in terram redeant, de qua sunt
sumptui. Et quamvis illa satis dura uideantur, rectius ta-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

men inter remedia cōmemorantur, quām inter pœnæ.
Deus enim non oblectatur pœnis nostris: sed multo ma-
gis gaudet, si homo reuertatur à peccatis suis, & sic
uiuat. Proinde non parū aberrant sophistæ, qui uolunt
unicuiq; peccato suā pœnā deberi: et ideo solent dispen-
sare satisfactiones, & suas indulgentias cōfirmare. Di-
cūt: Adam peccauit, secuta est hæc pœna mortis &c.
Potest aliqua ratione dici pœna, nam omnia illa non ea-
rant suavia toleratu: sed si quis ita uelit dicere pœnā, ut
sophistæ, quasi satisfaciat Adam pro peccato, plus diui-
næ iustitiæ derogabit, quām addet: unde omnia ista re-
ctius remedii dixerimus, quām pœnan. Eleētis per
hanc uitam omnes calamitates non inter pœnas nume-
rantur, sed sunt materia certaminis, ut homo seipsum
humiliet, & deum agnoscat. Ita poteritis etiam respon-
dere, ubi passim in scripturis legitis, post peccata secu-
tas esse pœnas. Propter pœnitentiā deus immittit pœ-
nas, ut desistamus à peccatis, non quod pœne sufficiant
pro peccatis nostris delendis. Sanguis Christi emundat
nos à peccatis, non satisfactio nostra.

Et uocauit Adam nomen uxoris sue
Heua, eo quod ipsa fuerit mater omnis
uiuentis.

Statim ex hoc uersu cognoscitur Adam accepisse
quandam cōsolationem: nam iherum ut suprà prophe-
tice

vice loquitur. Quasi dicat Adam: Ecce uideo deum ad-
huc paterne mecum agere, & non omnem posteritatē
simul tollere propter peccatum meum: Nam uxor mea
dabit mihi filios, qui etiam ipsis sunt uicturi, & adhuc
nobis est spes aliqua uitæ, quamuis morte meruerimus.
Potestis etiam hoc cognoscere, quod Adam nomen mu-
lieri imponit post peccatum, & per hoc ostendit se esse
dominum & caput mulieris, que ante peccatum erat
consors, & eiusdem dignitatis. Nomina enim alicui im-
ponere, dominij symbolum est. Suprà animalibus, non
uxori nomina imposuit. Est igitur in hoc uersu prophe-
tice dicto spes quedam Adæ. Si ad allegorias spectare
libet, sicut suprà, ecclesiam esse uxorem Christi cogno-
scamus, in qua sola uita nobis conceditur: & qui extra
ecclesiam sunt, & charitatē non habent, uitæ non sunt
participes.

Fecit quoq; dominus deus ipsi Adā
& uxori eius tunicas pelliceas, & in-
duit eos.

Iterum uidemus diuinam prouidentiam & curam
erga humanū genus. Cum iam nudi ambularent Adam
& Eua, & erubescerent, obnoxijq; essent uarijs iniu-
rijs, aëris imbribus, rigoribus, caloribus &c. deus uesti-
uit eos. Ibi uarias allegorias sumpererunt: & quidam
satis ridicule exposuerunt humana corpora esse pelli-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ceas uestes. Hieronymus & alij quidam accipiunt hic argumentum pro tuenda uirginitate contra coniugium, cum tamen deus hoc uoluerit humano generi consuleare. Etiam unde has pelles deus accepit, habent questionem: sed libenter ea relinquo, quae nihil edificant. Omnes pecudes dei erant, ideo facile pelles potuit acquirere, & nuditatem illorum contegere. Sensus est, quod deus dederit eis ingenium, ut pararent sibi uestes. Nam pleriq; scripta sunt, & traduntur deo, & solum insinuant ea quae deus homini concessit, ut supra cum audirent deum ambulantem & loquentem &c. Qua^z lis autem illa uox fuerit, dixi. Ita & hic aliquo modo ostenditur, quod deus fecerit homini pelles, cum dederit ingenium faciendi. Vel si iuxta literam illud intelligere uis, non errabis. Iterum spes nostra confirmatur ut bene cōfidamus, quod deus non sit nos derelicturus. Ne simus igitur nimium solliciti de cibo & potu. Cibū dabit, qui iam uestes dat. Ita in primis hominibus uideamus, qualia necessaria sint omnibus. Vi etiam & amictum habentes, his contenti simus. Legimus deniq; deū dedit eis pelliceas uestes, non sericas, uel molles adeō: Nam poenitentiam & asperiorem uitam illis quodam modo insinuare uidetur. Hoc quidam elicere solent. Quid non sperarent post delicia de diuina beneuolentia, quae non solum eos non extinguit, sed etiā noua be neficia confert?

Et dixit

Et dixit dominus deus: Ecce ille homo fuit quasi unus ex nobis, ut sciret bonū & malum: & nunc ne fortē mitat manū suam, & accipiat etiā de arbo re uite, & comedat, & uiuat in seculū.

Sunt qui hunc uersum affirmative exponant, & putant si per assuerationem exponatur, commodiore interpretationem sic haberi: sed ego malo simplicem sequi sensim. Sunt enim hæc ironicōs dicta. Neq; dedit deum ad nostram eruditionem quedam ironice loqui, quemadmodū patres de filijs suis nonnunquā loquuntur: non quod oblectentur stultitia illorum, sed ut cupiant illos erudire. Sic spiritus sanctus etiam hic losquitur.

Ecce ille homo.) Vide quām bene succēsbit Adae, sic præuaricare præceptum nostrum: vide quām particeps sit diuinitatis. Non potuisset longius à nobis recedere, quām sic transgrediendo præceptum meum. Inducrat pelliceis Adam, ut cognosceret etiam suam utilitatem: & ita erat cōparatus bestijs insipientibus, quorum etiam pelle gestabat. Dicit: Omnino est factus nobis dissimilis, hocq; uolebat. Videmus iam iumentis frē inferiorem. Quām male cesserunt homini sua consilia: propterea opus ut aliter erudiamus hunc nostrū filiū.

Arbore uitæ.) Id est, ne semper sit ita miser,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tan ignominiosus. Nā si acciperet de ligno uitæ quod
deus constituerat in paradiſo (ut suprā de arbore scien-
tiæ & boni & mali dictū, cuius fructus prohibitus) po-
tuisset immortalitate potiri. Hęc magna misericordia
dei. Nos multiū horremus morte, cum finis sit malorū.
Nō esset optandū ut perpetuò in hoc exilio uiueremus
Vult dicere deus: Hoc homini longe satius est, ut quam
remotissime remoueatur ab hoc ligno. Dum dicit: Ne
forte manū mittat etc. id est, cum cōsideratione quadā,
& dedita opera comedat. Aliás potuisset simpliciter di-
cere: Ne forte comedat. Estq; sententia: Cogitabit quo
modo posſit perpetuò uiuere, non quam miser sit. Et
quamvis summa bona amiserit, nihilominus placebit
sibi sua miseria. Non agnoscet se tam miserum, si per-
miserimus eum in paradiſo, unde optabat de arbore ui-
tæ, & sic fieri immortalis.

Et emisit eum dominus deus de hor-
to Eden, ad colendum terram, de qua
sumptus fuerat.

Eiecit eum deus horto uoluptatis propter suū pec-
catum. Hic necesse est ut seruemus historiam. Nam an-
tea audiuimus Adam non esse formatum in paradiſo,
forsan circa agrum Damascenum, uel in aliquo simili
loco, deinde translatus in paradiſum. Igitur in locum
primum, in quo primo conditus fuit emittitur Adam.

Ex loco paradisi mittitur in illam terram, unde sum
ptus fuit. Terra ista maledicta, proinde in sudore uul-
tus sui laborare cogebatur.

Itaque expulit illum hominem, &
collocauit à plaga orientali horri Eden
Cherubim, & laminam gladij uersatilis,
ad custodiendum iter arboris uitæ.

Sic expulit eum deus, ne iterum ingrederetur: id est,
suis uiribus nunquam eam felicitatem acquireret quam
amisit. Nam constituit ibi ab oriente iuxta paradisum
cherubim, & gladium uel romphæam, ut Græci uerte-
runt, uersatilem, per tempus uitæ Adæ. Per cherubim
quidam angelos intelligunt. Etsi hic dicat fuisse terrā
illam obseruatam angelorum ministerio, ne Adam in-
grederetur, postea tamen non opus erat hac custodia,
ne Adam comederet. Dixi nuper de paradyso: ne ima-
ginemur, ut pleriq[ue] locum esse ualde remotum, et qua-
si de altissimo monte descenderit Adam: deinde ut alij
narrant, ultra mare positum esse: scriptura enim omnis
no repugnat. Nam uidemus aliqua flumina, quæ ob-
ambulant paradysum. Noluit autem deus redire Adæ
ad illū locum. Et quamvis uere olim illic talis arbor fue-
rit, postea tamen terra illa mutata fuit, factaq[ue] obno-
xia maledictioni, & sic felix terra aliud nomen acce-
pit. Simpliciter illū uersum exponere possumus: deus

ENARRAT. IOAN. OE COL.

omnibus modis curauit, ne Adam iterum regredere tu^s
ad eam felicitatem, unde excidit: id est, suis viribus ad-
sequi uitam æternā non potuit. Christus promissus uer-
e aperuit paradisum & regnum cœlorum. Videt au-
tem Adam ante oculos suos eam regionem, de qua ex-
pulsus propter peccatum suum fuit, unde memor esse
debuit ex quanta dignitate exciderit: quod etiam nos
cogitare oportebit. Sed hæc omnia in bonū homini fa-
cta sunt: nam longe maior nūc gratia, quam si non præ-
cessisset peccatum. Et ita usq; buc descripsit Moses in-
genium hominis & dignitatē, & quomodo ob nostrā
ignauia p̄ceptū domini p̄euaricamur, & iterum di-
uina benignitate reseruamur in hac uita, ut nos ipsos
exerceamus & emendemur. Nunc progreditur ultra
in sequenti quarto capite, in quo cognoscemus pro-
positis duorum exemplis fratrum, quod bonorum ho-
minum ingenium, & quod malorum: & qui ueri sunt
filij dei, & qui non. Nam Abel ille primus iustus, pul-
chre deliniabit nobis, quomodo boni in hoc seculo ha-
beant: deinde Cain, qui fortunatior in hoc seculo,
quales mali sint declarabit. Moses potuisset scribere
alias genealogias, & certū est quod Adam initio mul-
tos liberos procrearit, quamuis solum hi tres, Cain, Ae-
bel & Seth commemorantur. Illi autem soli recensem-
tur nobis in bonum, quia omnia conscripta sunt ad no-
stram

stram eruditionem, ut inde emendemur.

CAP V T IIII.

Dam uero cognouit Heua
uxorē suam, quæ concipiens
peperit Cain, dicens: Acqui-
siui uirum à domino.

Coniugium quidem institutum est in paradiſo. Por-
tò opera coniugaliæ extra paradiſum cœperunt. For-
taſſis alia ratione, uel ſaltem abſq; labore fuſſet partus
hominum in paradiſo. Proponit autem opus non tan-
quam malum, tametiſi raro parentes peccato careant.
Accedit nonnunquam deordinatio quedam menſum,
ut hi non eorum reſpectu agant, ſed magis libidincm
quam ordinationem deiſequentes. Scriptura pudice lo-
quitur de his rebus, & dicit: Cognouit uxorem ſuam.
Iam incipit modus creandi hominem. Non amplius for-
mat deus hominem de pulucre. Hic eſt primogenitus
Cain, cui nomen à poſſidendo obuenit. Et ferè inſcri-
pturis ſacris propria nomina ob ſingularem rationem
inſtituta ſunt, & per ipsam ſcripturam nobis exponun-
tur. Cain igitur nōm ab acquisitione habet, ſi quis pro-
prietatem nominis uelit querere, & eſt uox gratiarū
actionis. Quaſi dicit: Deo ſint gratiae, cuius munere
mihi proles confeſſa eſt. Quamuis ſunt quidā, qui pu-
tant, quod Heua que habuit ſpem in Christū, nato m-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

sculo & mare, putauerit per illum, quasi semen illud promissum, contundendum caput serpentis. Illud satis quidem plausibiliter dicitur, sed non video an ita mos scripturæ sit. Nam alioqui mulieres, ubi partu libertate fierint, ut in Euanglio clarum exemplum habetis, & ubi cognoverint puerū natum in mundum, mirum in modum gaudent. Ita etiam Heua gratias agens, dicit: Posedi uirum, posedi illum qui futurus est uir & successor. Neq; ob id damno aliorum expositionē, que satis pia est, cum meam adfero sententiam.

Et adiiciens peperit fratrem eius Habel, fuitq; Habel pastor ouiū. Cain uero cultor humi.

Denuò peperit Heua. Et mos est Hebræorum, ut cum dicimus: Et adiecit parere, uelloqui, nihil aliud si bi uult, quam ultra peperit uel locutus est. Nomen Habel hic non interpretatur, significat tamen uanitatē & lucrum. Videte nunc principio ex ipsis nominibus quales sint boni & mali futuri. Cain possessor, nimiriū qui habet hæreditatem suam in seculo hoc; Habel plorans nihil habet. Ita enim contingit, ut multo feliores sint in hoc seculo filij huius mudi, quam filij lucis huius. Et ideo Habel pastor ouiū bene dicitur, quia ipse simplex, qui amat etiam animal innocentissimum. Cain aut agrum colebat, quia natus ad cumulandas diuitias.

LECTIO,

LECTIO.

Exponentes hanc historiā de Abel & Cain, non solum respiciunt in par istud fratrum, quos primum genuit Heua, sed accommodant historiam istam toti hominum generi. Licet enim uidere in his duobus fratribus uarias hominum sectas. Sunt etiam hodie, fuerunt, & erunt usq; ad consummationem seculi Abeles & Caini: erunt semper filij lucis & fuerint: erunt & filij huius seculi, homicidae et mendaces, qui bonos persequuntur. Heri memini, non sine causa historiā illam enarrandam suscepisse spiritū sanctum, cum alias multos qui hic non recensentur, genuerit Adam filios, quia sufficiunt hi duo, in quibus uidemus, ut sese habent homines. Antea cognouimus in Adam antequam peccauit arbitrij libertatem, maiorem dignitatem, & prærogatiua quedam: nunc uideamus hos, qui ab Adam procedierunt, quo ingenio sint præediti. Habeimus hic primo, ut esse cœperūt: secundo, ut uixerint et uitam instiuerint: tertio, quæ præmiare ceperint. Vnū initium animalium, nam ab uno patre matreq; nati sunt. Quidam dixerūt fuisse gemellos, sed texus habet, Adiecit parere. Igitur quantum ad initium humanæ carnis attinet, una caro est in utroque. Vnde statim bonitatem mortuum ascribere oportet diuino spiritui. Nam si natura boni fuissent, uel tantum ualeret nostri arbitrij libertas,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

non factus fuisset Cain moribus inferior Abel. Videbimus igitur in Cain peccatum præualere, & in Abel diuinam misericordiam. Est autem & hoc discrimen, quia Cain primogenitus, magni nominis, & etiam dominus Abeli. Nam statim diuino quodam iure primogeniti dignitatem accipiunt in fratres suos natu posteriores, quia primogeniti ætate maiores. Et hos moribus & prudentia idoneos constat esse ad moderandos fratres. Idem etiam duces fratrum suorum esse debent, ideo obseruandi. Videmus igitur in hoc sere mundo eos qui Cain referunt, in maiori esse dignitate, frui delitijs uarijs, esse etiam in honoribus, potentijs, reges & principes fieri &c. Deinde qui Abel innocentia & simplicitate sequuntur, contemptos esse in hoc mundo, quales sunt sancti dei & prophetæ, quibus non dignus est iste mundus. Vnde Apostolus illos uocat peripsemata huius mundi. Coram hominibus Abel postremus natu, sed coram deo prior. Veteres doctores non solum historiam istam perquisuerunt, sed admodum diligenter allegorias contemplati sunt. Etiam Hebrei (quorum Philosophus scripsit librum, in quo pulchre horum fratrum collationem facit) multa scripserunt de horum fratrum ingenij. Ambrosius post Origenem duos libros cōscripsit, sed non eadē felicitate. Origenes sere primas habet, quoties ad allegorias uenitur. Videmus

ad oculos

ad oculos, quomodo uarietates ex secula inter homines nascuntur. Videmus etiam inter initia, quibus disciplinis quiq; se consecrarint.

Factus ouium.) Observate hic, qui natu fuit posterior, iam primus ponitur: neq; seruat Moses eundem ordinem, quæ antea habuit: & hoc non sine causa factum est, quantum ad natuuitatem in hunc mundum attinet. Cain prior, sed quantum ad morum institutionem Abel prior. Videte quæ disciplina Abelis et Cain. Abel pastor ouium. Minoribus laboribus pascuntur oves, quam colantur agri. Sectatus igitur fuit Abel ocium pium: neq; fuit ita terrenis rebus deditus ut frater, sed spem nimirum suam iecit in deum. Videmus ferè de maximis patriarchis, quomodo pastores fuerint ouium. Etsi minime quieti fuerunt, tamen minus laboris, ne à contemplatione rerum diuinarū auocarentur, quam si aliás terram coluissent, habuerunt. Porro cæteri hoc animaduertunt, quod pascendo oves, etiam seipso moderare assuefecerunt, & eo modo suas passiones & affectus internos cœperunt regere. Tale autem studiū non fuit in Cain. Vnde quoties legunt de istis pastori bus sanctis, in promptu habent suas allegorias, quomodo pecuini affectus in nobis regendi sint. In summa, disciplina indicat Abelem fuisse hominem innocentem. Nam de progressu uitæ illorū bifariam ostendit Moses.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

vel iustitiam exercent erga deum, aut in proximum:
Duo necessaria, fides & charitas. Fidem declaramus
externis ceremonijs, hoc est, sacramentis, quæ ad hoc
instituta sunt, queq; sunt protestationes internæ fidei.
Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad
salutem. Quisquis enim uere crediderit, propter fidem
illam efficacem etiam in opera erumpet, quamq; con-
fitebitur sacramentis coram proximo, ut ille prouoce-
tur ad colendum deum, quo etiam gratias deo agat. Ita
Matthæi 5. cap. Sic luceat lux uestra coram homini-
bus, ut uideant opera uestra bona, glorificentq; patrem
uestrum, qui est in cœlis. Ambo igitur illi fratres suam
fidem declarant: sed statim ex operibus apparet fidem
unius fuisse factam, & uere fuisse hypocriticā, & aliū
uere fuisse innocentē, nempe Abelem. Fallūt ferē exte-
na opera, si quis illa principio solū spectat. Sub fine lis-
cebit uidere, quomodo opera siant, et quo animo, quā
ue diligentia, qua deniq; deuotione, et tūc statim an ex
animo fecerit illa, uel non, apparebit. Ut igitur innoce-
scat nobis fides illorū, describit Moses quomodo ambo
deo obtulerint munera. Neq; legimus præceptum da-
tum fuisse offerendi: sed non dubitemus eruditos fuisse
ab Adam, aut fortasse à spiritu sancto admonitos, ut ex
terno quodam cultu, internā fidem cōtestarentur &c.
Et factū est à fine dierū, et adduxit Ca
in de

in de fructu humi oblationē domino,

Habebimus & hypocritam, & dei ministrum uerum. Hypocrita primum describitur offerre, sed tenuē oblationem, qui adduxit oblationem cum iam fruges intulisset, uel post messem, aut post uindemiam. Quidam ex nostris sic exponunt: Tandem transactis iam multis diebus, adduxit Cain de fructu humi, ut obijcatur Cain etiam dilatio, quod tam tardus prodierit ad gratiarum actionem. Nam uota nostra deo statim debemus proferre, & confessionem nostram differre non decet. Neq; hic dicit de meliori fructu Cain attulisse, sicut de Abelis oblatione. Accepit aliquot manipulos, uel parum quiddam, quod succedit & obtulit deo, ut tunc solebant in initio: unde apparet statim auaritiam & parsimoniam in homine Cain fuisse, quod non toto corde offerebat donum suum.

Sed & Habel quoq; adduxit de primis ouium suarum, & de adipem illarum: & respexit dominus ad Habel, & ad oblationem illius.

Abel qui iam ante a se obtulerat domino, non uilissimas oues domino adducit, sed primogenitas, id est, eximiā, optimeq; habitas, & in his adipem quoq;. Ita sacrificium commendabat Abelem, & declarabat qualis Abel ipse esset, qui se se et intima obtulisset, uolunta-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tem scilicet et cor suum , quod primogenitum nostrum est . Falsa religio putat se placare posse deū , si extruat templa , si magnam pecuniam expendat , si peregrinationibus multos annos insumat &c . sed non est adeps uerus , ut postea audietis . Necesse primo te ipsum consecres deo : neque simpliciter stipulas & cibmos offeras , reseruando tibi grana . In nobis ipsis quod est , id est , animus , deo consecretur . Vocat hic etiam oblationem sacrificium , quod ex pecudibus oblatum est , alias ferè de frugibus accipimus . Respexit deus ad Abel & ad munera eius , nimirum propter fidem . Deus non egreditur nostris muneribus , sed omnino amat corda nostra , in quibus uult habitare : uidet an quis sit fidelis , iustus , pius animo . Nisi arbor bona fuerit , nullos bonos fructus feret . Abel bona arbor , quam deus uidit , id est , approbavit . Deus non ita oculis externis uidet , quemadmodum nos . Neq; Abelis oblata deus respexit , quia ex primogenitis ouium erant , sed quia ex fideli animo ea profluxerant . Et ita uidetis quantum nobis commendetur fides sincera . Nam illud licet uidere ex remuneratione , quæ ex fide profecta est .

Ad Cain uero & ad oblationē illius
nō respexit , qua propter iratus est Cain
ualde , concideruntq; uultus illius .

Vt ad uirum impium & mendacem , qui non ani-
mo colendi

mo colendi deum obtulit sua, deus non respexit. For
taffis ob sanctimoniae opinionem quam præ se ferebat,
obtulit etiam munera, ne ab alijs cōtemneretur. Dicūt
quidā, quod signo approbauerit deus oblationem Abe
lis sibi placere: ignem nempe descendisse cœlius & de
uorasse oblata Abel, quod certe indicium erat, illa deo
fuisse grata: oblationem uero Cain non consumpsisse,
hocq; fuisse indicium munera Cain fuisse ingrata. Ne
cessē enim erat ut aliquo modo id illis innotesceret. Phi
lo cum ista tractat, Abelem dicit fuisse hominem quidē
bonum, & satis exercitatum in uirtutibus, sed alioqui
non expediti sermonis, & sine omni apparatu, tales
enim homines ualde approbat deus. Per Cain sophistā
intelligit, & eum qui se se externis ceremonijs multum
ostentat, multumq; ualeat eloquentia & disputationi
bus: unde dicit quām periculosum sit Abelem his certa
minibus se se obijcere. Discamus igitur primo fidem, se
cundo charitatem. Innocentia Abel in hoc manifesta
tur, quod obtemperat fratri primogenito, & non suspi
catur malum: charitas enim non est suspicioſa. Contrā
hypocrism in Cain habebitis, iniuidiam & odium tru
culentissimum, animumq; planè sanguinarium.

Irratus est.) Licebit etiam in facie eius uidere ho
minem male affectum, quemadmodum affectiones illæ
se se plerung; produnt. Licet uidere in facie an homo

ENARRAT. IOAN. OE COL.

iracundus sit uel mansuetus: & hæc externa notæ sunt interni hominis. Id est, uariabant uultus eius, & iam nō benignè respiciebat fratrem suum, ut antea. Pessimum malum est inuidia. Et quia Cain, qui alioqui possessio dicitur, & amans suipius, diuina bona non possidebat, nempe innocentiam & iustitiam, non mirum fratri suo frustra irasci. Vere uanus homo fuit. Irascitur enim fratri, cui deus tantam gratiam contulcrat, propter quod sumpsit occasiōē inuidendi. Debebat Cain ille multū gratulari fratri suo, qui deo tā charus esset, & petere ut frater pro se oraret: sed cum non posset iudicātum petere à deo, molitus est insidias fratri suo. Hoc malū unde progreditur, quām ex amore suipius: Ita hypocritæ, qui nō sunt filij dei, persequuntur miris modis alios, qui sincerè deum colunt. Neg: est nouum illud uidere, omnia enim secula falsos prophetas & bons habuerunt.

Et dixit dominus ad Cain: quare succensus es tu, & quare cōciderunt uultus tuic:

Nōnne si bene egeris, erit sublevatio, & si non bene egeris, ad fores peccati cubatis: & ad te appetitus illius, & tu dominaberis ei:

Quare succenses o pessime Cain: quare ira tibi est?
et ad

¶ ad quid? Hæc est benignitas dei, que etiam peccatores ad meliorem uitam solet aſſiduo prouocare. Fert ali quandiu deus hominem malum ob id, ut pœnitentiam agat. Sed obſtinatis animis, quod dolendū, admonitiones nihil profundunt, & uerbum dei ab illis ſtrē contemnuntur, peioresq; indies euadunt. Quod autē non emendantur Cain, illud deo non possumus ascribere. Deus corripuit illū ut benignus pater: & dixit: Quare irasperire? Ad quid נַעֲמָן? quasi dicat, fruſtra hoc agis, tu non poteris præualere, fruſtra perſequeris fratrem tuum, ipſe habebit aeternā uitam, tu pefſundaberis. Vel qua re ira eſt tibi? attende iudiciū dei, uide ut tu bene uiuas, tunc deum benignum & propitiū habebis, qualis cunq; frater ſit, ſive te melior, ſive peior. Non eſt ut ad illum reſpicias, uide tu ne quid omittas, quod te deceat. Si te ipsum non recte iuſtitueris, ad portam peccatum tuum recubabit. Hebræi exposuerunt, ad portam mortis recubet peccatum: eſtq; ſententia: Non ignoscetur tibi peccatum, ſi quod perpetraueris, adducendus es ad iudicium grauissimum. Vel, imminet tibi poena peccati. Peccatum quod clamat in coelum pro uindicta, iam ante fores eſt. Quasi dicat: Malum preforibus eſt: ſcias non inultum fore peccatum tuum, tam iustus eſt deus: nulla cauſa tibi eſt in fratrem tuum, quò ei aliquid male inferas: uide ut tu recte facias.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Ad te appetitus.) Ecce ego subieci fratrem tuum tibi, tu primogenitus es, ad te conuersio illius. Supradidem uerbum habuistis de muliere, quod etiam hic habemus. Nonne subditus est? non contradicit tibi, in nulla re molestus est, agnoscit te ut primogenitum. Neque ego aufero tibi dominium: oportebat te leto animo esse in fratrem, quare igitur irasceris? Si omnino placet tibi pergere in peccatis, non euades impunitus. Siue illud in conscientiam Cain spiritus sanctus locutus est, ut solum loqui, siue uocali uoce, hic non exprimitur. Dicunt autem est, ut caueamus odium & inuidiam, & charitatem assumamus. LXX. aliter uerterunt: οὐτοὶ δὲ οὐδεῖς προσγενέας, οὐδεῖς δὲ μὴ διέλθεις, οὐ μαρτυρεῖς. Quasi dominus reprehendat Cain. Parum est quod obtulisti, sed cum non recto animo fecisti, nihil curio, quiesce. Aliqui ineptissimum argumentum liberi arbitrij hic confirmare uolunt, & dicunt: Ecce in tua protestate est bonum facere, uel malum, tu es dominus appetitus tui, quasi quis posset moderare illum. Sed nihil ad rem, neque aliquid hic pro libero arbitrio inuenimus, sed potius contra. Est & que ac si quis diceret: Ille est rex alterius, ergo habet liberum arbitrium, quae illa consequia &c.

Et dixit Cain ad Habel fratrem suum: factum est cum essent in agro, consur
rexit

rexit Cain in Habel fratrem suum, & occidit eum.

Vbi admonitio diuina nihil proficit, uidete quomo^d omnia deteriora fieri soleant. Simulat dolum intra se, & dolo fratrem euocat. LXX. addiderunt, Exeas-
mus in campū. Philo multis uerbis declarat, quid illud
exire in campum sit, nempe ad locum exercitiij. Tam
tempore pacis, quam belli, maximis exercitijs opus ha-
bent pij, ne succumbant, & dolo circumueniantur ab
impijs. Simplices nisi sint potentes sermone, ne facile
committant se sophistis. Videtis animum malignum in
Cain: blanditer educit fratrem suum in agrum. Licet
etiam cognoscere mite ingenium Abelis & placidum,
(figuram Christi gerentis mitissimi) qui passus est insi-
dias fratris sui, & tandem occisus. Viderat patrē suum
propter inobedientiam punitum, quo deī exemplum
emendationis esse debebat. Imō etiam admonitus à deo
ne succenseret fratri suo: sed omnia hæc frustra. Neq;
solum odio habuit fratrem suum, sed etiam perdidit.
In Cain defectus charitatis apparet, in Abele fides exi-
mia. In sequentibus finem utriusq; audietis.

LECTIO.

ITerum audituri sumus dominum frentem senten-
tiam contra peccatorem, eumq; impium: unde iux-
ta morē scripturæ iterū præcedit causæ dijudicatio.

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Non uult enim deus aliquem punire, nisi peccatis manifestatis. Et hoc ubique licebit in scripturis animaduocare. Audiuiimus de initio uite et de progressu tam Abelis, quam etiam Cain. Nunc finis utriusque pietatis erit. Plus enim oculos nostros hac scelere oportet, ne offendamur, uidentes nonnunquam impios in hoc seculo feliciter agere, pios autem econtra uarijs modis affligi. Unde initium utriusque fuit, nam ex eodem patre et matre nati sunt. Alter peccatricis naturae ingenium secutus est, alter suscepit a deo, et diuino spiritu instructus. Unde etiam Abel ille iustus, uirtutibus patientiae et charitati uacauit. Secus autem uitam instituit Cain. Audiuiimus etiam, quae fuerit utriusque religio. Item uobis omnibus innotuit, quam pura, quamque seruida et sancta, et absque omni hypocrisi fuerit Abrahilis religio. Contraria quam fucata et hypocrita omnia fuerint in Cain. Ille de suis etiam, sed non optima obtulit. Male diuisit, quia cor suum sibi seruauit, id est, non renunciavit suis affectionibus, neque seipsum obtulit deo. Si militer magna patientia uisa est in Abele, quae omnino defuit Cain, qui ergo tulit sibi fratrem praeferriri. Unde ei insidiatus est mox, et per dolum euocauit in campum et occidit miserabiliter fratrem suum. Quamuis ante et in tempore admonitus a deo esset, ut odium scuamoris abijceret, sed noluit talem admonitorum audire.

Observeate

Obseruare illud, ut assidue vigiletis orando, ne mali praeualeant: Nam uiuitur in hoc seculo a plerisq; in quo perpetuum est certamen, quasi nihil periculi imminet, sed maxime falluntur. Ad sunt boni et mali, et est perpetuum certamen cum satana. Videamus igitur finem utriusq;. Abel probatur a deo, et deum habet iudicem, itaq; uiuit apud deum. Porro Cain reprehenditur a deo ac maledicitur, et sic tamen nondum obtemperat, sed responsans deo desperat: atq; ita iudicatur a deo, ut coram hominibus peccatum suum manifestum fiat. Quod occultare ab hominibus uoluit, hoc patefactum est. Et sic eluditur omnis impiorum spes, et uana est illorum fiducia.

Et dixit dominus ad Cain: ubi est Habel frater tuus? qui ait, nescio: nunquid custos fratris mei sum ego?

Sive conscientiam eius apprehenderit, sive aliquo alio modo apparuerit, nos non controuertemus. Et cum deus querit, ubi frater tuus, non per ignorantiam querit, quia deo nihil est absconditum, sed per hoc deus uolebat prouocare Cain ad confessionem peccati, et ut ipse suijpsius esset accusator. Quamuis etiam alii uerba haec alter intelligent, quod non improbo. Quid dolet tibi: ubi est? tu putasti, quod cum illum occideris, iam nusquam locorum esse. Est in quiete sanctorum, et in

ENARRAT. IOAN. OE COL.

gloria angelorum. Scias etiam nomina illa propria i.e.
sermonibus habere magnam emphasm. Ita cum di-
cit, Vbi est ille tuus scilicet frater, quem occidisti &c.
Nescio.) Videte, sicut etiam supra audiuitis, pec-
catoribus omnibus proprium est tegere peccatum suum,
& seipso*s* iustificare. Maxime id solent hypocritæ.
Præterea licet planè hic uidere hominem impium, qui
nihil de deo sentiat, et si deo munera sua obtulerit, tae-
men neque illa curauit neq; deum, quem scire debebat
cor hominis perscrutari. Nihil enim occultum ab oculis illius. Ille dicit, Nescio: quasi uelit ludere deū, quemad-
modū homines. Vbi est impietas, ibi timor dei abest,
etiam illic dominatur mendacium & omne malum.

Nunquid custos.) Quasi dicat: Quid ad me, ut
cunq; de fratre agatur. Ita perfrictæ frontis est. Quid
ad me quō uadat, siue in sylua sit, siue in domo. Nun-
quid ad latus ei possum esse, & sequi pedes eius, quasi
seruus eius sim? Reuera debebat esse custos, tanquam mi-
noris fratris, cum primogenitus esset. Nam hæc digni-
tas primogenituræ ideo data est, ut seruat alijs. Vide-
mus quantum peccatum sit contemnere proximum, et
ei seruitum recusare. Quidam enim dicunt, qui tamē
Christiano nomine gaudent præ cæteris: Quid ad me,
quicquid alijs agunt: si reprehenderē, redderem me iniui-
diosum. Hæc uox est hominum seipso*s* amantium. Ita
& Cain

¶ Cain possessio dicitur, et amans sui ipsius. Nam uirtus Christiana in hoc consistit, ut proximo seruiamus. Nam reddenda planè erit ratio de neglectu fraternali charitatis.

¶ Et dixit quid fecisti? vox sanguinum fratris tui clamat ad me de humo.

Iam palam cōuincit eum peccati sui deus, et reum statuit, ut sententiam ferat, et ut cognoscatur ante a se meruisse talem sententiam. O quantam cædem cōmisisti, quia fratrem tuum occidisti? Primus cædem humana non generi inuexisti, nunquā tale quid auditū est. Illum inquam mansuetum hominem occidisti. Non potes negare illud tam grande peccatum. Vox sanguinum fratris tui clamat. **¶** Hebreus pluraliter dicit. Potuisset etiam in singulari dicere ut nos Latini, sed ideo facit ut indicet, quod ne minima gutta quidem sanguinis fraternali effusi impunita erit: id est, omnes sanguines, quotquot sunt guttae clamant ad me. Ita uidemus deum custodem sanctorum suorum, iuxta illud: Iustorum anime in manu domini sunt. Sciamus deniq; deū esse uindicem nostri. Nullus tam parvus contemptus, qui non perueniat ad aures domini: et ob hanc causam commendatur nobis patientia, ne nos ipsi simus uindictae audi, sed illam domino relinquamus, qui retribuet unicuiq; secundum id quod operatur. Et quod Cain di-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

citur, id omnibus persecutoribus piorum dicitur. Et si
in oculis nostris non punientur, tamen non euident ma-
num domini in extremo iudicio. Et dominus cum dicit,
Vox sanguinum: loquitur quasi sint multæ uoces cla-
mantes ad se. Vult dicere: Ego habito in altissimis, pec-
catum tuū transcendent ad omnes coelos. Non ut crasse
illa intelligamus: sed hisce uerbis indicat, ut uideamus
quām portentosum peccatum sit iustos persequi. Iam
patescunt fuit peccatum Cain, terra et sanguis testes
erāt. Clamat sanguis, ut vindicta sumatur de Cain. Ve-
rum Paulus in epistola Hebreorum meliora indicat de
sanguine Christi, qui propter peccata nostra effusus
est &c. Nunc sequitur poena.

Et nunc maledictus es tu ē terra, quē
aperuit os suum ad suscipiendum san-
guines fratris tui, de manu tua.

Si excolueris humum, non addet da-
re tibi uim suam, mobilis & uagus eris
in terra.

Videte, Adam non dictum fuit, maledictus tu, sed
terræ maledicebatur. Neq; Euæ, quamuis ei iniungan-
tur variæ afflictiones. Serpentii autem dicitur: Maledic-
tus es præ omni iumento &c. Cain autem mores ser-
pentinos imitatus est, proinde maledictioni obnoxius.
Sicut serpens organum diaboli erat, sic etiam Cain, per
quem

quem satan operatus est hanc cædem. Sic etiam adhuc
hodie operatur per omnes impios, tanquam per orga-
na sua, unde etiam maledicuntur. Cain maxime resiste-
bat spiritui sancto ad illum loquenti: Quām paterne di-
xit deus, Quare ceciderūt facies tue? caue ne succen-
ses fratri &c. Illam benignam uocem et admonitionē
audire noluit, & sic spiritui sancto restitit, non admit-
tens poenitentiam, & ideo dignus ut illi maledicatur à
deo. Frustra etiam postea dolet lata sententia.

Quæ aperuit.) In hac terra, in qua tu sic misere
occidisti fratrem, quæ imbibit sanguinem illius, eris ma-
ledictus. Ne putas terram istam tibi unquam prodiua-
ram fructus, licet exercueris illam multo labore. Erat
uir agricola Cain, sed frustra laborabat, quia peccau-
rat. Non adiicit robur suum, id est, non ita proferet
fructum suum etiam si seminaueris, & si semen se ape-
ruerit, tamen hanc uirtutem non habebit ut satis matu-
rescat. Quando fruges satis maturescunt, uires exe-
runt suas. Conquerimur quotidie de sterilitate terræ,
de fame, & de alijs rebus quæ penurian frugum infes-
runt, & non agnoscimus manifesta illa testimonia scri-
pturæ, quod ea omnia nobis obuociant propter pecca-
ta nostra. Quidam astris ea ascribunt & alijs rebus,
cum ea oportuerint malitiæ hominum ascribere.

Mobilis.) Habebis etiam signum, & hinc inde cir-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

euibus, putas te occultasse illum mortuum, scias autem illum semper uexaturū conscientiam tuam, nunquam certam sedem habebis. Omnes delitiæ Cain erant in hac terra, quas ab illo ausest dominus. Videant omnes impij; quod potissimum amant in hac terra, illud ausest dominus. Deniq; etiam post hanc uitam maiore pœnam expectabunt, dignam factis eorum.

Et dixit Cain ad dominum, maior est iniquitas mea, quam ut remittatur.

Ecce repulisti me hodie ab ipsa superficie terre, & à facie tua abscondar: eroq; mobilis & vagus in ipsa terra: & erit, omnis qui me inuenerit, occidet me.

Dicit, maiorem infligis pœnam quam possum gestare. Ecce eieisti me hodie à facie tua. Observate hic, Cain audita sententia non petit ueniam, sed desperat ut impius. Ante a cum posset agere pœnitentiam, contempnit, & iam non datur locus pœnitentie amplius lata sententia. Ante a non poterat uidere grauitatem peccati cum admoneretur tam benigne à deo, ne odio haberet fratrem suum, nunc lata sententia aperiuntur oculi eius, & quanto in inferno sit, afficit. Cognoscit nunc quam grauis resit offendere deum, & fratrem persequi, deo acceptum. Sic etiam Iudas cum referret pecuniam in ærarium, confitebatur peccatum suum, quod tradidisset

tradidisset sanguinem iustum, sed citra omnem frustum. Egregia quidē confessio, sed planè inutilis, post latam domini sententiam. Sic etiam sequens uersus expōnendus est, ut sint uerba hominis præfracti & pertinacis.

Ecce repulisti.) Alij, ejicies. Ita certum erat, ac si iam eieclius esset. Dicit: Iam non locus quō fugiā. Qui dā à facie terrae ejici, & à facie dei, idem esse dicunt. Sic desperati homines in summis pœnis deo non habēt honorem, sed continuò blasphemant, & hi sunt frustus peccati. Vult dicere: Finis futurus est, ut quisquis iuenerit me, fortè occidet me. Sic sonat ista uerba, si spe etes efferos mores illius hominis desperabundi, quamvis pœnam suam audierat. Sapientiae 5. Ingemiscunt hi qui in inferno sunt, sed nihilominus blasphemāt. Et si uarijs modis à deo impij puniantur, tamen ex multis immisis plagiis non emendantur, sed peiores indies magis & magis apparent. Tales Pharaones licet hodie uidere planè obturata mente. Nec displicet expositio illa, ob sequentia, et si aliam non reiçiam. Frustra se humiliant & deplorant sua scelera. Sunt miseri & tremuli homines, intus male habent propter conscientiam, fors autem à deo humiliantur. Igitur Cain dicit: Non est quod ausim amplius te accedere, non inueniam apud te gratiam, destituor planè tuo auxilio, itaq; ero miser et uagus.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Occidet me.) Nimirum cognoscunt me ex ipsis signis, tremore scilicet & pallore, quia illud facinus non potero tegere aduersus meam malam conscientiam. Fugit impius nemine persequente. Nullus erat qui statuerat occidere Cain. Videlicet hic statim eos qui gladium tollunt, eos etiam gladio occidendos esse. Qui occiderit proximum suum, ille ipse meretur etiam puniri.

Et dixit ad eum dominus: immo quicunque occiderit Cain, septuplū vindicabitur: & posuit dominus in Cain signum, ne ullus eum inuenies, interficeret illum.

Quia ita male habebat Cain, ut nollet amplius occurrere deo, multo minus cōparere se humiliando: neque mirum, cum mortem absoluere omnem suam misericordiam putaret: nam illi spes non erat uitæ æternæ. Dicit igitur illi dominus: Non ut tibi uidetur faciam, non patiar ut statim moriaris. Hæc grauis tua poena erit, ut diuinias super terram, & sis in signum & portentum omnibus hominibus, qui te uident. O Cain, nemo te occidet. Deus manifestabit aliquid in te signum hominibus, ne te occidant. Quale autem signum illud sit, quidam tremorem, alijs aliud signum fuisse dicunt, sed id nobis non constat. Si autem uolucris aliquid misericordiae in hoc loco tribui, ut cohererent superiori loco haec uerba, ita exponendum erit: Peccatum meum grauius est, quam

ut omnino

ut omnino dimitatur: sum occidendum. Sed non occi-
dendus, si potuisset meliora precari. Deus igitur re-
spondet: Ecce hunc metum eximam à te, eris vagus &
profugus. Porro quod hic legimus septies, sunt qui se-
ptem peccata colligere uolunt in Cain, quae admiscerit,
in quorum numero est Chrysostomus. Sed haec curio-
suis congesit, possemus plura congerere. Cum dicit se-
pties, uult indicare, grauiter puniendum esse Cain. Se-
ptenarius enim numerus hoc in se habet: estq; senten-
tia: Perfectam ultionē dabit, & tantā pœnam, ut non
inferenda sit ei maior. Postea etiam septuagies septies
habebitis, ubi plura de hac re audietis.

Egressus ēp est Cain à facie domini,
& habitauit in terra Nod ab Oriente
Eden.

Exiuit destitutus gratia domini, & ab eo loco in
quo ante a familiarem deum habuit, fugit. Alij aliter ex-
ponunt. Noluit amplius manere in hoc loco, propterea
quod non ferebat terra fructus, & nihil ei dulce ultra
in Eden, qua parte ab Oriente ad Septentrionem spe-
ctabat, nam intra has regiones locus Eden est. Talia in-
dicia uidemus impiorum. Exasperarunt deum pecca-
tis suis, offenderunt proximos suos: igitur nihil dulce
illis est amplius cum hominibus, ob pessimas consciencias,
quas habent. Econtrario boni deum habebunt uir-

ENARRAT. IOAN. OECOL.
dicatorem, & omnia eis grata sunt ob conscientie
tranquillitatem.

LECTIO.

Sapiens inquit: Impius si in profundum peccato-
rum suorum uenerit, omnino admonitione omnem
cōtemnet, quod in Cain impleri uidemus. Cœpit enim
desperare etiam admonitus à deo, & contemnere pœ-
nas quas meruerat. Vnde exiuit à facie domini, & ha-
bitare cœpit in Nod.

Et cognouit Cain uxorem suam, quæ
concepit & peperit Hænoch, extru-
ens eis ciuitatem, uocauit nomen illius
ciuitatis, iuxta nomen filij sui Hænoch.

Non poenitebat Cain peccati sui, quod in hoc fa-
cto apparet, cum se clatur delicias uxorias. Neq; hoc
præiudicat sancto coniugio. Licet tamen uidere con-
temptorem animum, in quo nihil poenitutinis erat. Ali-
distis quomodo antea conquestus fuerit, se sic derelin-
qui: nunc uidebitis quod nihil melior fiat. Hoc libenter
condonabimus ei, quod uxorem accepit: illud autem mini-
me, quod educat filios non in gloriam dei, sed ad omnē
nequitiam, & quod illos facit hæredes sue impietatis.
Vxor eius alia potuit non esse, quam soror, quam ea
tempestate necessitas cogebat ducere. Vbi autem rari-
tas hominum cessauit, plane incestus esset sororem in-
uxorem ducere.

Extruens

Extruens .) Iosephum lib . Antiquitatum leges
re poteris, qui dicit Cain fuisse intentū rapinis & ho-
micijs, propterea extruxisse ciuitatem, ut cum rapi-
nis & prædis illuc cōflueret. Tyranni arces construūt,
ut sint prædarum suarum receptacula . Alij exponunt
& dicunt Cain dixisse: Omnis bestia quæ me inueniet,
interficiet me, ideo & ciuitatem extruxisse. Verū non
absimile moribus Cain uim alijs inferre, cum antea con-
tempsit cædem fratri sui. Vtq; nō pro magna iniuria
habuit, si alios qui contingerent ipsum etiam in parua-
re, iniuria afficeret. Neq; putemus solum istos duos iūc
uixisse. Adam & sui etiam erant, qui ciuitate non ha-
bebant opus, sed impius construxit sibi munitionem, in
qua tutus esse posſit. Alij aliam causam aſſcrunt, cum
legimus eum sic tremuisse & pauidum fuisse: et dicunt
quod eam ob causam ciuitatem construxerit. Sed prior
sententia uerisimilior est , & mihi magis probatur.
Cain incola fuit terræ huius, ideo solum quæ huius ſe-
culi erant ſpectare debebat . Vnde figura eſt hypocri-
tarum. Neq; aſcribit deo nomen huius ciuitatis, ſed uir-
tutibus ſuis & ſuo filio, ut extenderet nomen ſuum.
illudq; efficeret immortale. Et dedit nomē ciuitati Hæ-
noch. Quānus, quomodo bene potuit nomini ſuo con-
ſulere, qui fratricida fuit? Nomen eius apud alios ſatis
manifestatum propter cædem fratriſ . Sed hæc eſt cæ-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

citas mundanorū hominum, qui inter summa bona censent ab omnibus laudari & celebrari. Quamuis illa bona sint adiaphora, que possunt esse bona uel mala, prout inuenient homines: quia etiam boni uiri ædificant ciuitates, neq; ob id peiores sunt. Omnino Cain debebat se occultare ab omnibus mortalibus, tamen cōtempta conscientia uenit in profundum peccatorū et contempsit omnia.

Porrò ipsi Hænoch natus est Irad: Irad autem genuit Mehuiaēl, & Mehuiaēl genuit Methuschaēl. Metuschaēl autem genuit Lamech.

Hæc est posteritas Cain, quā brevibus exponit, & deinde relinquit. Videamus benignitatem dei, qui etiā impijs suam benedictionem concedit, qui aliquo modo electis dei seruiunt. Nihil insigne de illis habemus, et si usq; in septimam generationem suam posteritatem habent. Nunc igitur de Lamech mentio erit, propter quę genealogia ista cōposita est, qui sextus est à Cain.

Et accepit sibi Lamech duas uxores, nomen unius Ada, & nomen alterius Zilla.

Videbitis faciem mundi in ista prosapia Cain & Lamech. Et illa, que plurimum solent homines obtemperare, et in quibus mundus ille detinetur, bene nobis delineantur.

liniantur. Sunt qui Lamech excusant, tanquam virum honestum, sed omnino mihi uidetur ille etiam pertinere ad mundum reprobū. Est alius Lamech de quo postea audietis, sed iste ex prosapia impiorum est, & inde etiā facile possumus agnoscere, quos affectus sermonibus illius tribuere debeamus. Principio legimus, quod præter institutionem dei, duas uxores duxerit. Initio enim non sic fuit in negotio matrimoniali, ut quis duas simul uxores haberet, sed unusquisq; suam & unicam uxore habere debuit. Ut igitur uis irascibilis in homine corrumpa, & uis rationalis, ita etiam uirtus concupisibilis uitiata, ideo non mirum talia fieri. Seruiebat enim ea generatio libidini & uoluptati, ut capite sexto audieris, quomodo filij dei filijs hominum mixti sint, ut uideatis omnes homines fuisse corruptos. Imò etiam alij quorum multi ab Adam nati, nullū nomen habent bonae uitæ. Quando autem legimus de patriarchis, Abram, Iacob, & alijs, qui plures uxores habuerunt, quisdam in his excusationis rationē adducunt: sed ego non video, quamobrem illos excusemus. Quamuis quidam ex Iudeis ferant, quod solebant ante diluvium quidam uxores sibi accipere, non ut prolem ex ijs haberent, sed ut uoluptati uacarent, quibus uenenum dabant, ut sterilitas eis adesset. Et sic putatur Lamech duxisse duas uxores. Verum scriptura commendat nobis illos fuisse

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uiros impios. Vxor is nomen unius est Ada, quod uel à decore uel ab ornatu uenit. Nomē alterius à sonitu uel umbra.

Genuitq; Ada Iabal, qui fuit pater inhabitantis tabernaculum, & peculij.

Nomen uero fratrī eius Iubal, qui fuit pater omnis cōrectantis citharam & organum.

Et Zilla quoq; genuit Thubal Cain, qui expoliebat quodcunq; artificium aeris & ferri: soror uero Thubal Cain, Naæma.

Ex duabus uxoribus tres filios, & unam filiam habuit, & singulis tribuit sua inuenta, ut uideamus artes & disciplinas longe antiquiores esse, quam à Latinis & Græcis recensentur. Ars musica, militaris & ferraria, ante diluvium fuisse constat ex hoc loco. Iosephus lib. i. Antiquitatum Iudaicarum cap. 4. dicit fuisse La mech septem et septuaginta filios, qui ex duobus uxori bus, Zilla & Ada, ei nati sunt. Quia autem autoritas Iosephus te id confirmet, ignoro. Legimus de poena septuagies taxatur. & septies, sed de filijs nihil inuenio. Fortassis haec negligenter posuit, ut alia nonnulla. In triplici ordine licet uidere homines, qui uersantur in hoc mundo. Nam alijs dediti sunt rei pecuariæ alendæ, ut habeant anima plum

plum patrimonii. Alios inuenimus, quibus uita uolu=ptuaria cordi est, & totos suos dies deducunt musicos=rum instrumentis. Sunt postremo efferi quidam & tru=culentii militares animi, qui non solum poliunt ferrum, sed etiam militiam exercent. Nam etiam tunc uocabat=rapinæ. Nostis etiam orientales ditissimos in taberna=culis habitare: idq; sciunt qui hodie ad nos uenient ex his regionibus: & ea leguntur in rebus Turcicis. Vide=tis deniq; in his tribus fratribus ornatum huius mundi, in quo uersantur. Nam illi, nemini dubium est, pertinet ad filios Cain. Neq; propter ea contemnimus omnes bo=nas artes, neq; reprobamus, utpote militarem, uel mu=sicam, uel ferrariam &c. si animus hominis simplex fuerit. Illa enim omnia seruiunt pijs & electis dei. De sorore etiam dicunt, quod ingenium texendi habuerit, & pingendi acu cum margaritis &c.

Et dixit Lamech ad uxores suas Ada & Zillam: Audite uocem meā uxores Lamech, auscultate eloquiū meum; si uirum occidi in uulnus meum, et pue=rum in liuorem meum.

Si septuplum uindicabitur Cain, cer=te Lamech septuagies & septies.

Hic uarie opiniones sunt. Quidam etiam ex He=breis Lamech excusare nituntur, & ratio literæ omni=k

ENARRAT. IOAN. OECOL.

no admitteret: sed hic textus pertinet ad improbos. Cōfessio est Caina: nam etiam tunc fuerunt raptore. Et ipse Lamech homicida fortasse non unius, sed duorum. Virum enim & adolescentem dicit occidi. Vrgebat igitur cum conscientia, uexabatur quadam mentis tyrannide, sicut non posset occultare peccatum suum: sed illud dicebat uxoribus suis. Nam hoc ferè habemus, quod cædes hominis, ualde conscientiam reorum uexat.

Audite.) Verè miser ego sum. Nam, occidi uirū, narrantis esse potest. Quid est quod audire debent? hoc nempe, uirum occidi. Lædere alium non potes, nisi te ipsum primum læseris. Ita uirum occidit ille, id est, se ipsum occidit, & sibi ipsi primum uulnus intulit. Alij allegorias uarias querunt, quas relinquo. Sibi grauiſſimū uulnus facit, qui proximū lredit. Dicit, uulnus patens, quæ plaga grauior est cicatrice. Semper manebunt mihi istæ reliquiae. Nam si non fuit inultus Cain, multo magis ego. Septuagies & septies dignus sum, qui peream. Neq; opus ut tot peccata requiramus, uel tot generationes, uel peccatum puniendum esse in septuagesimam generationē. Quamuis iuxta Lucam, si omnes generationes recenscantur ab Adam usq; ad Christū, inueniemus etiam hunc uirum, ut sciamus Christum redemptorem nostrum esse, per quem satisfit pro peccatis nostris. Quidā putat quod Lamech occiderit Cain,

sed

Sed relinquimus hoc tanquam incertum. Omnino non potuit peccatum suum occultare, territus conscientia, confessus iure sibi grauissimam poenam irrogari. Hęc de Cain & impiorum poena. Nunc iterum consolatio aliqua, & de prosapia electorum dei & proborum.

Cognouit autē Adam iterum uxorem suam, & illa peperit filium, uocauitq; nomē eius S...: quia posuit mihi deus semen aliud pro Habel, quem occidit Cain.

Ex Abel expectabatur prosapia filiorum dei, sed quia ille sublatus per malitiam fratris, frustra expectabatur. Deus autem qui generationem piorum non uult omnino perire, excitauit alios liberos Adae, sed non statim. Etsi alij etiam nati fuerint ab Adam, ut uerisimile est, omnes tamen isti ad prosapiā Cain pertinent, quia secuti sunt illius mores. Et causam ponit, quia posuerat ei deus semen aliud, unde iterum origo bonorum descendere erat. Et ex illo Seth Christus natus est. Relinquamus Cain cum sua generatione. Dixi in principio, scripturam pulchre nos deducere usq; ad Christum.

Proinde ipsi Seth quoq; natus est filius, & uocauit nomen eius Enos: tunc coepitum est ad inuocandum in nomine domini.

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Videtis nunc ab illo esse generationem sanctorum dei. Seth suum etiam filium sortitus est bonum & religiosum. Quidam ex Hebreis dicunt etiam tunc cœptam fuisse idololatriam, illum autē contradixisse idololatri. Sic uidetis idololatriam diluvium præcessisse. Solent enim homines facile deſteclere postquam deum non uere agnouerūt, et non illum, pro ut par est, colūt, ad istas res animatas animum suum dirigentes, & sibi fingentes deum uel solem uel lunam &c. Enos uir magni nominis fuit. Et quamvis paucis uerbis hic celebretur, amplius tamen præconium in tam mala generatione habet. Magnum est uero cultui dei se dedere. Certū etiā, quod ille nō solus hoc temporis iuocauit deū. Alij habent: Cœpit sperare in deū. Licet & Adā iuocauerit deum, sed nondū ecclesia erat, id est, collectio populi. Ille autem collegit, & deum uere coluit, et ex corde.

C A P V T V.

I liber est generationū Adā, in die q̄ creauit deus hominē, in similitudine dei fecit eum.

Masculū & foeminā creauit eos, & benedixit illis, uocauitq̄ nomē illorū Adam in die creationis illorum.

Cum nihil in sacris literis sit ociosum, etiā hunc generationis librum, ne putemus temere scriptum. Multā utilitatem

utilitatem in se habere sciatis, eamq; ad nos posse redire, si cum diligentia singula pensatauerimus. Principio certi erimus de historijs temporum, ne cum alijs suppunctando erremus. In libro Aegyptiorum leguntur multæ myriades annorū, quibus mundum dicunt constitisse: sed inde statim possunt cōvinci. Præterea sc̄re cōmuniſ ueterum opinio fuit, qui sequuti sunt Græcos, ab initio usq; ad diluvium, mille annos fluxisse, hic sesquimille, mille quingentos quinquaginta sex. hoc nimirum factum est ex incuria librariorū, qui numeros male ascriperunt. Nihilominus error inualuit, ut in Chronicis solet apparere, ut anni circiter duo millia numerentur, etiā suprà. Habiūmus autem prosapiam Cain & peruersæ generationis, quæ omnino erat delenda: nunc iterum incipit ab Adam & Seth sanctorum hominum seriem describere, in quibus deus humanum genus uoluit seruare. Neq; inconsulte aliæ generationes hic omituntur. Quid ad nos si recensēantur omnia nomina patrum? Quod ad mores attinet, satis apparet in Cain et Abel, quale tunc seculū fuerit. Frustra illa non sunt scripta, cū alioqui spiritus sanctus parcus in uerbis, & profundus in sententijs sit. Inuenimus in his patribus, quomodo genus humanū damnatū sit, ut discamus nos uere humiliare. Quot millia præcesserunt: quóue puerūt illi patres, qui ante nos fuerūt: mortui sunt. Quanti

ENARRAT. IOAN. OECOL.

scientia, labore, pulchritudine, et quibuscumq; donis
prædicti? Videtur ferè una conditio omniū. Natos legi-
mus, procreasse legimus alios liberos, postremo et mor-
tuos. Quæ aut sit differentia inter pios et impios audie-
tis. Ita aliquo modo Moses describit nobis carnales ho-
mines, etiā si multo tempore uixerint, tamē eis moriendi
tempus constitutum est. Insuper etiam notandum: fue-
runt quidam qui conati sunt autoritatem scripturæ mi-
nuere, dicentes hos senes non tot annos uixisse, et Mo-
sen qui inter Aegyptios uixerit, annos pro mensibus
posuisse. Statim hoc uanissimum esse, qui refellere uult,
deprehendet. Sunt qui diutissime apud illos uixerunt.
Quod de annis solet loqui scriptura, statim in Gene-
seos principio audiuiimus, cum solem et lunam deus di-
stinixerit et c. non opus proinde hisce nugis et com-
mentis. Rabbi Mose sententia nō displicet, qui dicit, eos
qui hic commemorantur singulari priuilegio dei clas-
suisse, et deum in utilitatem humani generis illos per-
misisse tot annos implere. Non enim consecutaneum
omnes tot annos uixisse, qui tunc uixerint, neq; ueris-
mille quod omnes eousq; produixerint suam ætatem ut
filios procrearent. Vnde etiam illos patres tam multe
secula deus singulari dono permisit uiuere, ut posterita-
tem erudirent. Ecce Adam nongentis annis et triginta
uixit, qui potuit omnē populū erudire, si ab illo fuisset
auditus

auditus, quod omnia à deo essent, & quid præterea ex
 pectandum à deo. Similiter alij, Seth, Enos & Methu
 selah docuerunt suo tempore, & fuerunt tanquam pa
 triarchæ, ad quos cōfugiebāt qui de uerbo dei certi esse
 uolebant. Ita nullis non seculis deus consuluit, & sem
 per egregios vires aliquot, qui cæteros excellebant, se
 culo dedit, ut uoluntas dei doceretur et cognosceretur.
 Post diluvium non opus erat, ubi mundus nouis mira
 culis & doctrinis fuit institutus, ut essent tam longæ ui.
 Illi duo, Adam & Noë poterat cōmonefacere, immo &
 Noë ipse non diu absuit à morte Adam, quando ingre
 sus est arcam. Velsi Adam nō audissent, tamen ab alijs
 potuerunt doceri, nempe à Methuselah, ut opera dei
 essent recentia, quo populus nullam haberet excusatio
 nem. Illa manifesta dei iudicia indicant, si inspiciuntur,
 cum illi sancti patres à filiis suis contemnerentur, &
 ruerent in omne malum, tempus fuisse, quo deus totum
 orbem deleret diluvio. Et illa possunt obiter hic anno
 tari. Nam alijs nō opus est, ut diu immoremur in hisce
 rebus, quare patres tot annis uixerint, et si subsint my
 steria, uerum cum scriptura illa non manifestarit, nos
 non simus ualde anxi illa perscrutari.

Hic est liber.) Hæc per recapitulationem dicun
 tur. Homo conditus à deo, in similitudine dei, & non
 dicit in imaginem. Suprà satis edocti estis, quid sit ho

ENARRAT. IOAN. OE COL.

minem esse conditum ad imaginem dei . Si enim repa-
rati fuerimus per spiritum sanctum, iterum lucida imago
dei erit in nobis, quae alias nostro uitio confusurata est.

Nomen illorum .) Videte hoc loco ut sciamus
uirum & mulierem unum hominem esse, & quasi una
carnem, quib us benedixit deus.

Et uixit Adam trigesita & centum an-
nis , genuitque in similitudine sua iuxta
imaginē suam , & uocauit nomen illius
Seth.

Homo rectus principio à deo conditus , sed deinde
cum lapsus, peccator peccatores genuit, sibiisque similes.
Abel & Cain omittuntur: Nam Abel sine liberis dici-
tur fuisse, & posteritas Cain erat omnino delenda. Ex
Seth autem deus propagaturus erat semen illud, unde
Christus ortus est. Ideo sequitur:

Fuerunt autem dies Adam, postquam
ipse genuerat Seth, octingenti anni, ge-
nuitque filios & filias.

Et fuerunt cuncti dies Adam quoad
uixit, nongenti anni & trigesita anni, et
mortuus est.

Porrò Seth uixit quinq̄ & centum
annis, & genuit Enos.

Et uixit Seth, postquam ipse genuit
Enos

Enos, septem annis & octingentis annis, & genuit filios & filias.

Fueruntque cuncti dies Seth, duodecim anni & nongenti anni, & mortuus est.

Enos uero uixit nonaginta annis & genuit Kenan.

Et uixit Enos postquam genuit Kenan, quindecim annis & octingentis annis, & genuit filios atque filias.

Fueruntque cuncti dies Enos, quinque anni & nongenti anni, & mortuus est.

Kenan uero uixit septuaginta annis et genuit Mahaelalel.

Et uixit Kenan postquam genuit Mahaelalel, quadraginta annis, & octingentis annis, et genuit filios et filias.

Fueruntque omnes dies Kenan decem anni et nongenti anni, et mortuus est.

Mahaelalel uero uixit quinque annis, et sexaginta annis, et genuit Iared.

Etrursum uixit Mahaelalel postquam genuit Iared, triginta annis et octingentis annis, et genuit filios atque filias, fue-

ENARRAT. IOAN. OECOL.
runtq; omnes dies Mahælalel nona-
ginta quinq; anni, & octingenti anni,
& mortuus est.

Iæred uero uixit sexaginta duobus
annis et centū annis, et genuit Hænoch

Et uixit Iæred postquam genuit Hæ-
noch, octingentis annis, & genuit fi-
lios atq; filias.

Fueruntq; cuncti dies Iæred sexagin-
ta duo anni & nongenti anni, & mor-
tuus est.

Sunt quidam qui putant hos omnes qui hic recen-
sentur esse primogenitos, & illos solos ponit, qui uere
ius primogenituræ habent, & ad quos pertinebat be-
nedictio, ut humanū genus cōseruaretur. Adam quam-
uis sanctū & bonum semen esset, nihilominus producit
malos. Iam tandem Adam luit pœnā inobedientiæ suæ.
Et quamvis prius in animo mortuus erat, nunc tamen
in corpore etiam moritur: & expertus est ueracem do-
mini sententiam, & diaboli mendacem fuisse. Habebi-
mus in hac genealogia decem patriarchas. Adam pri-
mus, Seth secundus, Enos tertius, de quo suprà dictum
est, quod incepit inuocare nomen domini. Ille fami-
liam suam ita instituit, ut esset memor domini dei. Sciat
deniq; posteriores Adæ hic non numerari. Quartus
patriarchæ

Patriarcha est Kenan: & sic de alijs iuxta ordinem usq;
ad Noah, qui decimus est in ordine.

Hænoch uero uixit sexaginta quinque
annis, & genuit Methusælah.

Et ambulauit Hænoch cū deo postq;
genuit Methusælah, trecentis annis, &
genuit filios atq; filias.

Et fuerunt omnes dies Hænoch sexa
ginta quinque anni & trecenti anni.

Et ambulauit Hænoch cum deo: &
non ipse, quia tulit eum deus.

Hænoch hic celebratur, qui fuit vir singularis san-
ctimonie, unde etiam deus translulit eum ab homini-
bus, & cum ipso dedit nobis spem futuræ resurrectio-
nis. Ille ambulauit cum deo, id est, magnam operam ad
hibuit, ut innocenter coram deo ambularet, et præter
morem aliorum hominum. Et cum mundus plenus pec-
catis esset, nihil magis tamen illi in animo fuit, quam
deum colere. Parum quiddam uidetur dicere, sed hac in
generatione peccata certe magnum, si ambulauit in ti-
more domini. Neq; tot uixit annis, quot alijs.

Non ipse.) Aliqui inde colligunt, quod non fu-
rit mortuus: alijs eum esse in paradisum raptum: quam-
uis illa uerba non conuincant illum fuisse non mortuum.
Obijciunt Epistolam ad Hebreos, sed æque non intelle-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Etiam. Qui norunt phrasim scripturæ sacræ, aliter loquuntur. Alias eadem ratione Melchizedeck neq; patrem neq; matrē habuisse dicere cogerentur, quia scriptura non facit mentionem istius rei. Item legimus: Primum tunc Abrahā credidit, et si prius crediderit. Sed id non in illo loco legitur. Et quia scriptura hoc in loco adducitur, sumimus argumentum fruolum, quod antea non fuerit iustus &c. Scriptura penitus intropicenda est. Deus Hænoch translulit in numerū utiq; beatorum dei, sed quod non fuerit mortuus alijs uidentibus nihil refert. Fortassis dominus miraculum fecit, & translulit illum in aliam terram, ubi mortuus est. Quidam dicunt illum uenturum ante Christi aduentum, sed nihil certi habent, & longe alia mens est scripturæ. Nam semel omnes obnoxij sumus morti. Et si ille ingressus est paradisum anteq; Christus mortuus est, sequeretur saluari per opera nostra, & nō ipsa innocentia & sanctimonia Christi. Absit illud. Ipse est qui primus aperuit ianuam uitæ. Ideo hac ratione non in paradisum est delatus: neq; talis locus, qualem quidam esse imaginantur, unquam à pijs uiris probatus est. Nobis satis est, quod Hænoch reprehendit iueros suæ regionis: quem deus accepit, nimirum in pace, neq; permisit illum tanto tempore affligi. Patres qui tot secula uixerunt, multa perfirre coacti sunt. Nam Noah irrisus fuit prædicans

cans pœnitentiam : quod nimis accidit & alijs san-
ctis patribus, quorum filij degenerarunt.

Vixit quoque Methuselah octoginta
septem annis et centum annis, et ge-
nuit Lamech.

Et rursum uixit Methuselah, post-
quam gennit Lamech, octoginta duo-
bus annis & septingentis annis, et ge-
nuit filios atque filias.

Fueruntque cuncti dies Methuselah
nouem et sexaginta anni, atque nongen-
ti anni, et mortuus est.

Methuselah annosior fuit, quam ceteri patres.
Quidam mala supputatione dicunt, quod uixerit post
diluvium, sed illud non inuenietur apud probatos scri-
ptores. Sex annis ante diluvium mortuus est, ut Augu-
stinus supputat. Alium etiam Lamech hic habemus, qui
filius fuit Methusalem, & alius ab Adam. Ille inquam
diutissime uixit, quia attigit annum septuagesimum &
nonagesimum, uno minus. Nunc sequitur nonus pa-
triarcha.

Lamech uero uixit octoginta duo-
bus annis atque centum annis, et genuit
filium.

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Vocauiqz nome illius Noah, dicens:
Iste consolabitur nos ab opere nostro,
et a dolore manuum nostrarum de ter-
ra, quam maledixit deus.

Et uixit Lamech postquam genuit
Noah, nonaginta quinqz annis et quin-
gentis annis, et genuit filios atqz filias.

Fueruntqz cuncti dies Lamech se-
ptuaginta septem anni & septingenti an-
ni, & mortuus est.

Sanctus uir fuisse uidetur Lamech, & propheti-
fasse cum natus esset ei Noah. Quidam putant quod
perspexerit in nativitatem Christi, sed errasse in perso-
na. Expectauit autem Christum, & putauit sibi hunc
donari: unde dicit, Ille est qui consolabitur. Quamuis
ego non ausim hanc sententiam affirmare, tamen uide-
tur omnino prae*dixisse* internitionem humani generis.
Erat consolatio, ab afflictione finem tandem adesse.
Erat his temporibus magna tyrannis et oppressio pa-
perum in terra, et si essent aliquot boni & pijs uiri, sed
paucissimi. Noah hanc laude habet, quod solus uir fue-
rit iustus, ita totus mundus corruptus erat. Sic statim
ab initio uite Noah, indicatum est mundo imminere
periculum & interitum, nisi resipiscat: sed illud nemo
attendebat.

Vocauit.

Vocauit.) De alijs non ita legitis: id est, magna ex causa indidit illi hoc nomen. Nam addit, iste consolabitur &c. per quod uoluit omnibus illud esse cōmentatum, cum alias spiritus fludeat breuitati. Dicit: Erit aliquando finis istorum malorū, qui finis non fit, nisi per mortem. Videte etiā in illo Lamech, quomodo habeat numerum septenariū, 7. & 70. & 700. Certe habitus est inter prophetas, & ipse quidē expectabat quietem & redemptionē. Iam de Noah sequitur, quomodo suo tempore totus mundus fuerit corruptus. Ita uidetis quām pulchre scriptura, et quo consilio alias generatio-nes relinquit, & breuiter illas solummodo enumerat.

LECTIO.

VIdemus quām profundas radices tyrānis peccati egerit, etiā in primis illis seculis. Nec mouit homines Adae primi parentis pœnitētia & pœna, quā serebat: sed neq; aliorū patriarcharū, quos diuina misericordia excitauerat, monita, aliquid pōderis apud illos habebat, unde pauci quidā uiri & sancti, qui relicti fuerant super terrā, multū ingemiscebant, & redemptorē expectabāt, qui ipsos liberaret. Vnde factum est, quod Lamech propheticō spiritu Noah nomen imposuerit à quiete, quod autor sit futurus quietis: quamvis pleriq; arbitrentur illū expectasse Christum. Doluit de pessimis seculi moribus. Quām corrupti autem illi fuerint,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Scriptura magis manifestum facit suo more. Quia dominus statuit iudicare terrā in iustitia, et purgaturus diuinio terram, antea uoluit manifestare iniuriam hominum. Sic Noah qui p̄æco iustitiae à sancto Petro

¶ Pet. 2. Apostolo dicitur, spiritu suo afflauit, ut pœnitentiam prædicaret, per centum uiginti annos, quo magis inclaresceret diuina iustitia: erat enim seculum pessimum. Si talia incunabula mundi, qualis postea factus sit, & qualis hodie sit, facile possumus coniectare, ubi adfuerit diuinus spiritus.

Noah uero fuit filius quingentorum annorum, et genuit Noah, Sem, Ham, et Iapheth.

Hoc mirum est in Noah. Nam nō legimus de alio ullo, qui tam tarde ad generationē accesserit. Nec est uerisimile quod alios filios habuerit. Expectauit annum quingentesimum. Atqui de illis tribus filijs Noah postea suo loco dicemus, quomodo ex eis totum humānum genus descenderit.

C A P V T . VI.



T factum est, quod cœpit homo multiplicari in superficie terræ, et filiæ natæ sunt illis.

Videruntq; filij dei filias hominū, quod elegantes essent, et acceperunt

perūt sibi in uxores , ex omnibus quas elegerant.

In Cain cognouimus, quomodo homines intemperantes erant, & quomodo non moderabantur bilentia. Illud etiam hic uidemus , quām intemperantes fuerint & libidini indulserint. Cœperūt homines multiplicari, sed non item virtutes. Filias genuerunt elegantes, ut postea seipsum exponit. Filiæ cum masculis natæ sunt pulcherrimæ, & mira uenustate : alioqui nihil noui esset, nisi singulari decore formosæ fiasſent: quas ornarunt iuxta cultum huius seculi, neq; illas deo cōsecrarunt, neq; religiose educarunt. Ineptierunt quidam plusquam Iudeice , qui putarunt angelos habitasse cum hominibus, & ita filios dei interpretati fuerunt angelos, indeq; putauerunt fuisse originem gigantium : sed illud ut fabulā relinquamus. Vcrisimilius est eos proprie filios dei dici qui deū timuerunt. Neq; mirum esse debet. Nam si quotidie nos appellamus deum patrem nostrum , si illi studere placeamus , non mirum si etiam filij dei dicamur. Ita qui ex prosapia bonorum processerunt, meritò filij dei nominabātur, ut illi qui ex Seth, Methuselah &c. Quemadmodū & filij Israel , filij dei uocantur : item reges, ut: Ego dixi filij dei es̄tis. Vult dicere: Contemp̄to timore dei , huic seculo placere uolebant , ideo & pulchras uxores sibi eligebant . Iam non refrenabant

ENARRAT. IOAN. OECOL.

cupiditates malas & desideria sua. Eiusmodi uxores nobis ducendae sunt, quæ nobis sint sociae ad æternam uitam querendam, non illas quæ à felicitate æterna abstrahunt ad damnationem. Non tam formositas corporis, quam elegantia morum & virtutum spectanda est in eligenda uxore. Postea inuenietis quoniam opere sancti patres cauerunt, ne alienas filij eorum ducerent uxores, timentes ne ab illis seducerentur. Hic etiam uideamus filios patriarcharum non fuisse omnes probos: paucos habuerunt per omnia morigeros, uitam ad exemplar patrum instituentes, sed maior pars illorum fauisebant concupiscentijs suis malis.

Ex omnibus.) In hoc non audiebant parentes. Neq; ibi reprehenditur coniugium, sed hoc taxat spiritus, quod nimia libidini seruiebant. Fortassis non solum illas in uxores accipiebant, sed etiam abusi sunt illis. Videlicet igitur aliud peccatum quod tunc inualuerit.

Et dixit dominus, non rixabitur spiritus meus in homine in perpetuum, eo quod ipse est caro: eruntque dies illius centum & uiginti anni.

Nimirum dixit per prophetas, & aperte cōminatus est deus per Noah. In homine uel cum homine textus habet. Alij legunt non permanebit, יְלִיר fortassis legerunt pro יְרָא וult dicere: Post hac non parcatur populo

isto, non semper mittā prophetas, neq; spiritu prophētico reprehendam populum, quadoquidem video eos contemptores admonitionis meae. Longanimis fui iam multis annis, non perpetuò ero. Spiritus, quo alios reprehendo, nō rixabitur cum illis semper, uel iudicabit. Iam iudico & discepto cum eis, nihil omitto, si possum abducere eos ab iniquitate eorum. Sed hoc non futurū est in perpetuum, proferam semel sententiam: quia audio uocem sanguinis clamantis de terra, & grauia peccata quæ quotidie contingunt audio, quæ non semper impunita manebunt. Desinam aliquando admonere, & sententiam ipsam proferam &c.

Ipse est caro.) Et sic non potest percipere ea quæ spiritus sunt: carnalia solum cogitat, & ea solum quæ spectant ad huius seculi delicias. Ita homo parū differt a brutis. Adeò ignorantes dei, nesciunt alias uoluptates præter carnis, & ea quæ de deo illis dicuntur, probabula habent. Non est timor dei in illis.

Centum &.) Ne putetis hoc dictum esse dicitas te hominum, nam etiam pleriq; tunc non excesserunt illam ætatem, hoc est, annum centesimum et uigesimum. Est enim sententia: Mundus adhuc stabit centum & uiginti annis. Nam illa de dilatione sententiæ intelligentias sunt. Ego dabo eis terminum, intra quem si poenituerint, inuenient apud me gratiam. Expectabo adhuc ad

ENARRAT. IOAN. OE COL.

aliquot annos illorum resipiscentiam . Nam legimus ad annos accessisse solum centum, unde quæstio est, quomodo uiginti & centum anni illis dati sint ad pœnitentiam agendā, & quomodo amos illos deus decurtarit. An tam graue peccatum eorū, quod non mereretur diutius ut ista longanimitate dei : uel etiam ut quibusdam uidetur, non illo quingentesimo anno sue ætatis Noah audiuit hanc prophetiam , sed ante aliquot annos : & sic non refragatur hæc sententia huic textui. Neq; dominus deus simpliciter dixit , quia textus non habet, Hoc anno locutus est dominus . Igitur non manifeste habemus quando hæc sententia dicta sit à domino . Siue anni decurtati sint, siue non, apparet tamen misericordia domini. Terminum præscripsit: si se emendassent, gratiam inuenissent. Noah mandatum fabricandi arcā acceperat, & sic etiam prædicauit pœnitentiam per omne illud tempus: sed quantum fructum fecerit apparet. Neq; familiares eius, neq; qui iuuerant in fabricanda arca, meliores facti sunt. Unde non est mirum si etiā in hoc peruersissimo seculo pauci sint, qui ad prædicationē ueritatis emendentur, tamē si signū sit imminētis diuini iudicij.

Gigantes uero fuerūt in terra in diebus illis : & etiam postquam uenerunt filij dei ad filias hominū, & illæ genuissent

I N G E N E S I M . 83
sent eis , his fortes fuerunt à seculo , uiri
nominati.

Non solum uiri libidinosi fuere , & dediti rei uene-
reæ , sed etiam tyranni , & nulla misericordia erga infi-
mos prædicti , quos hic gigantes uocat : quales fuere etiā
in generatione Cain . Iste deniq; populus , qui habitus
est esse populus sanctorum , tam malos homines habuit ,
qui opprimebant alios . Non inficias eo , proceritate cor-
poris excelluisse , ut post diluvium inuenimus aliquos :
sed omnino tam portentosam magnitudinem non opus
est ut credamus . Illi autem confisi robore corporis sui ,
alios ui coegerunt ad seruendum sibi : & hoc initio &
consortio tanta mala orta sunt . Non est igitur scintilla
negligenda , ex qua nō nunquā inextinguibile nascitur
incendiū . Vbi etiam filijs dei se cōmiserunt , pepere-
runt sibi uiros celebres , qui nihil aliud curarūt , quam ut
nomen sibi facerent super terram , essentq; in magno ho-
nore apud homines . Omnino timor domini ab omnibus
euauerat , & uerus dei cultus negligebatur . Ita palam
manifestat nobis mundum esse infectum .

Vidit autem dominus , quod multa
malitia hominis esset in terra , & omne
figmentum cogitationum cordis eius
tantummodo esset malum per singu-
los dies .

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Non posset magis humana malitia infamari, quam
hunc uerbis. Vedit dominus impia hominum corda, &
cognovit ita habere, quod magna sit malitia hominis
super terram. Peccata multifaria hominum sunt, immo
homines natura mali sunt, & ad peccandum proni. Cor
eorum nihil aliud agebat, quam unum hoc, ut male age
rent. Tale est cor humanum, quatenus sibi relinquitur,
& diuina gratia non fulcitur. Proinde cum tales simus,
non possibile quod a peccatis nostris uiribus possimus
assurgere: opus gratia domini praeueniente, et nos adiu
uante. Nam quanto magis nitimur, tanto magis deiici
mur in peccata. Humanum enim cor querit que sua
sunt, & uult magnificari. Supradicta caro sunt, habuistis.
Et quia caro est, caro querit suas delicias & laudes, &
ita in nobis habitat peccatum. Tametsi de abscondito
peccato in nobis scriptura loquitur saepe. Verum nisi so
mes peccandi erupisset, & uixisset peccatum in homi
ne, deus non imputasset in peccatum. Dicit igitur: Vi
dit deus omne studium hominis esse, ut male ageret. Neque
dubitemus tunc fuisse multos hypocritas, qui egregie di
sputarunt de deo, sed cor eorum non rectum erat cum
deo, quicquid etiam uerbis blandi, corde autem subdoli erant.
Et poenituit dominum quod fecisset
hominem in terra, et dolore tactus est
in corde suo.

Ita humano modo nobiscum loquitur scriptura. Scimus autem deum immutabilem esse, neque flere neque dolere: sed cum tale quid scriptura nobis proponit, scimus loqui illum deo more humano. Deus statuit humanum genus delere, quod antea tanta cura fecerat: et ex ipso opere sic uidebatur deus poenitentia duci. Et quāuis ante omnia secula hoc etiam deus praeuidit, hominē nempe peccaturū, noluit tamen à suo opere desistere. Vult igitur nobis his uerbis grauitatem peccati hominum huius seculi ostendere. Non habuit deus mediocrē dolorem, sed ualde se afflixit, & grauiissime, cum plane nihil sentiat doloris neque poenitutinis ut homo. Ex operibus agnoscimus deum sic quasi ipse poeniteat, quamuis semper tranquillus sit in sua felicitate, & inse constans.

Et ait dominus: Delebo hominem, quem creauī à superficie terræ, ab homine usque ad iumenta, usque ad reptile, et usque ad uolatile cœli: quia poenitet me quod fecerim eos.

Statuit deus omnino humanum genus delere. Etiā hoc prophetæ indicauit, quandoquidē iam omnis admonitio cōtemnebat, & omnis mundus simul ruebat in peccatum, non solum generatio Cain, sed etiā Seth, propterea delere constituit. Dicit: Non spectabo quod

ENARRAT. IOAN. OECOL.

creauerim hominē, maior apud me erit iustitia, quānt
ut illi parcā. Delebo illū, ne ambulet ultra super terrā.
Illa etiam peritura sunt, que propter hominē condita
sunt, & in eius solatium. Et quia iudi eos ita malos, au-
feram ab eis gratiam meam.

Noah uero inuenit gratiam in oculis
domini.

Iste sunt generationes Noah: Noah
vir iustus & integer fuit in generatio-
nibus suis, & cū deo ambulauit Noah.

Genuit uero Noah tres filios, Sem,
Ham, & Iaphet.

Vnus tamen erat Noah, qui inuenit gratiam apud
deū. Et bene expendite uerba ista. Non tribuit hoc ope-
ribus Noah, sed dicit, inuenit gratiam. Ille gratus erat
deo, uel in oculis dei. Satuit igitur deus illum non dele-
re, quamuis dicebat: Delebo hominem à facie terræ: ta-
men adiungit, Noah gratiam inuenit, id est, hunc amia
cum meum non delebo. Ita ne doleamus uel timcamus
gratiam dei defecturā: si recte, hoc est, in mandatis eius
ambulauerimus, non peribimus cum hoc pessimo mun-
do: mille uias habet deus eruendi. Si autem se etabimur
mundi huius uitia, non mirum si similem quam illi paſti
sunt poenā sentiamus. Nota hic, Noah fuit vir iustus,
integer, perfectus, & simplex. Pauca sunt hæc, sed
eximia

eximia encomia iusti uiri. In suis generationibus, quales tunc erant homines, non erat alius talis uir, sicut Noah. Videmus si sumus grati deo, quod non nostræ perfectioni uel iustitiæ illud tribuendum sit. Nemo sic perfectus est, quod uirtutibus illius nihil posset addi. Noah perfectus fuit inter homines istius seculi: habebat tantum uirtutis, quantum ei ad commendationem iustitiæ sufficiebat. Dabat deo, quod dei erat, & hominibus sua non denegabat. Non erat tyrannus, non libidini deditus ut alij, sed continens, benignus, misericors, &c. Supra audistis de Hænoch, quod dabat omnem operam, ut deo posset placere, et tanquam in oculis domini ambulabat: sic etiam Noah erat, talesq; liberos habebat.

Et corrupta est terra corā deo, & impleta est ipsa terra uiolentia.

Iterū inuoluit totum genus humanum peccato, ut videatur iustus deus. Et cum dicit, *Corrupta est terra,* intelligit homines habitantes terram, qui iam non merebantur dici homines, sed potius terra ipsa. Et quasi inuidiose dicit, T E R R A, de homine, quem decebat sublimibus cogitationibus esse ornatū: sed cum ille nihil nisi terrena sapit, recte dicitur terra. Omnes homines studebant avaritiæ & rapine. Quanto quis potentior & ditior, tanto magis cæteros opprimebat.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Nullus locus iustitiae uel religioni. Prophetas misit deus & admonitores suos ad illos, sed noluerunt se emendare. Terra illa noluit bonos fructus ferre. Ita palam manifestauit nobis scriptura diuina, quantum inualuebit peccatum in terra inter homines.

LECTIO.

IN historia diluvij, iterum exerceatur fides nostra. Multa enim hic occurrit, quae creditu uidentur ad modum esse difficultia, unde etiam ab Ethniciis derisa fuerunt. Cæterū ut habemus in Epistola ad Hebræos, Fide Noah diluvium euasit: ita etiam nobis fide erunt ista tenenda. Nihil tamen occurrit, quod supra fidem esse cognoscemus. Cyrillus contra Julianum apostamatam, ponit autores uetusissimos, qui huius cataclysmi mentionem fecerunt, nempe Alexandrum Polyhistorem & Abydenum, qui ambo huius diluvij diligentem mentionem faciunt. Noah tamem alio nomine appellarunt, uocarunt enim eum Xisuthrum. Quamuis ibi annotet Cyrus non omnia cum Mose concorditer tradi, aliquid tamen est mentionē huius diluvij fecisse. Olim alia diluvia fuere, ut in Thessalia excellens, sed nullū aliud generale diluvium legitur, præter istud unum, neq; aliud expectatur. Decreuerat enim deus semel purgare totū mundum, & iterum noua seminatione fecundare, & nouum populum creare. Noë iustus, cuius tres filii, & illi cum

illi cum uxoribus seruandi, ex quibus nouum populum deus produceret. Hinc autem pulchre possumus texere etiam sacras allegorias, quas nos non nostra inuentione singimus, sed ab apostolo Petro accepimus, quasq; in epistola sua paucis uerbis attigit. Ostendit enim baptis̄mum esse diluuium quoddam, quod mergit peccatum & carnem: et per arcam ecclesiam. Quotquot seruantur, necesse est in ecclesia seruentur, atq; per baptismū. Seruamur quidem fide, necesse tamen in arca simus, Potuisset dominus deus alia ratione Noah liberare, sed hanc viā elegit, ut in arca & Noah & humanū genus seruaretur. Sicut olim prior ista natio peccatrix de leta fuit, & postea noua generatio introducta: ita in baptismo uetus illa generatio interit, & noua creatura generatur, nouusq; populus, scilicet spiritualis, deo gratus: illeq; seruandus est arca, id est ecclesia.

Et uidit deus terram, & ecce corrup̄ta erat: nā omnis caro corruperat viā suam super terram.

Dixitq; deus ad Noah: Finis uniuersae carnis uenit coram me, nam repleta est terra uiolentia, à facie illorū: & ecce ego perdo eos cum ipsa terra.

Finis adest, quia deus iudicio suo purgatus erat mundum. In iudicio absoluuntur boni, & mali cōdem-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

nantur. Maximus numerus quidem malorum est, totus mundus plenus peccatoribus, & pauci boni, Noah nempe cum suis, illiq; seruantur. Ita duas generationes populi uidetis, primo magnam multitudinem & innumerabilem impiorum, deinde illam paucitatem & raritatem iustorum. Proinde nemo confidat in multitudo ne, quod sequatur uiam multorum. Quamuis innumerari pontifices, episcopi, sacerdotes, tot populi, aliud sentiunt, quam literæ sacræ tradunt, tamen illis non est credendum, neque adhærendum. Verum nihil tutius, quam uerbo domini firmiter adhærere, uel si solū duo adhærent, uel solus tu. Omnis multitudo peribit, quæ peccat: omnesq; qui carni addicti sunt non uidebunt deum. Erat etiam Noah carne indutus, sed non carnis, id est, non uincebat carnalibus desiderijs & concupiscentijs. Vult dominus dicere: iam satis diu longanimitis fui, adest nunc tempus, ut puniam. Impleuerunt mensuram peccatorum suorum, tot rapinas exercuerunt, ut iam non debeam ultra illis ignoscere. Ego misericors hactenus fui, & multa beneficia illis contuli, sed omnia frustra. Ideo iam qui plastes sum, ego delebo. Inde q; quidam sumunt occasionem, quod etiam terra fuerit melioris conditionis, & etiam generosiores tunc fructus quam hodie tulisse: sed de hoc non cōtendo, siue melior siue deterior fuerit.

Ipsæ

Ipsa terra.) Vel in terra: id est, periclitabuntur in terra: & hæc sententia contra impios dicitur. Porrò iustus audit de misericordia domini, cui promittitur spes salutis.

Factib[us] arcam de lignis pineis, nidos facies in arca: et bituminabis eam intrinsecus & extrinsecus bitumine.

Et hac (forma) facies eam, trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo eius, & triginta cubitorum altitudo eius.

De lignis fac arcam, quæ ligna possint ferre super aquas. In centesimo anno antequam uenit diluvium accipit Noë hoc mandatum, unde longo tempore ædificauit arcam illam. Ne igitur quis miretur tantam multitudinem animalium esse introductam, tam domesticorum quam effororum. Non enim erat paruum ædificium istius arcæ, quæ tot annis parata fuit, quæque fuit capacissima tam animalium quam prouentuum, quibus animalia ad sustentationem opus habebant. Neque cum quoquam contendeo de lignis, qualescumque arbores fuerint: necesse idoneæ fuerint ad nauigationem, ne submergerentur facile. Varias mansiones pro se & animantibus, proque prouentibus fecit Noah ex iussu dei. Bitumine contra fluctus & procellas arcam muniuit. Nam toto

ferè

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ferè anno arca ista uecta est in mari, & innumeris fluis
etibus impulsa. Nisi bene bituminata, & diuino adiutorio
conseruata, nequaquam permanisset integra in tam
perpetuo conflitu tempestatum. Mensuram arcæ Ori-
genes dicit fuisse geometricam, quia Moses fuerat edo-
cens in omni doctrina Aegyptiorum. Et dicit aliam esse
ulnam, nempe sextuplo maiorem. In sex cubitos unus
deputatur, si generaliter, uel trecentos si minutatim de-
ducatur. Alij dicunt nō hic ponи simpliciter longitudi-
nem & latitudinem cum altitudine, sed potius ipsam
proportionem, & quod tales proportiones fuerint in-
uiçem, ut longitudo eam proportionem ad latitudinem
& amplitudinem habuerit. Videmus igitur dispositio-
nem arcæ. Longitudo ferè tanta latitudine domū, ac
si trecentæ essent coiunctæ, nempe quot hic habetis ul-
nas. Si ulna Aegyptiaca complectitur sex ulnas, uidebi-
tis magnitudinem. Deinde ut esset recta proportio, 50.
ulnas in latitudine, 30. in sublimitate habuit. Certe ar-
ca capax fuit multorū animalium, & non mediocris mo-
les. Si potest ciuitas egregia extrui intra uiginti aut tri-
ginta annos, quare incredibile est istam molē potuisse
in tot annis ædificare? Multi ad imperium Noah, re-
ceptis sumptibus potuerunt ædificare, &c.

Fenestram facies in arca, & ad cubitus
consummabis eam superne; fores uero
arcæ

arcæ pones in latere eius, cū interstitijs
inferioribus, medijs & tertij facies eā.

Et ecce ego, ego inquam adduco di-
luium aquarum super terram, ut per-
dam uniuersam carnem, in qua est spi-
ritus uite subter cœlum: & omne quod
est in terra expirabit.

Eterigam pactum meum tecum, ue-
niesq; in arcam, tu & filij tui, uxor tua,
& uxores filiorum tuorum tecum.

Ex omni quoq; animanti, et ex omni
carne bina de singulis duces in arcam,
ut uiuifices tecum, masculus & fœmel-
la erunt.

De uolucre quoq; iuxta specie suam
& de iumento secundū genus suum,
de omni reptili terræ secundum specie
suam, bina ex omnibus uenient ad te
ut conserues ea.

Ettu tolle tecum ex omni cibo, qui
comeditur, & repones ad te, ut sit tibi
& illis in escam.

Fecit igitur Noah, iuxta omnia quæ
præcepit illi deus, sic fecit.

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Dicit, facies fenestram. Mirum in tanto ædificio,
non fuisse nisi unam fenestram, & illam solum unius cu-
biti longitudine. Quidam sic intellexerunt, quasi arca
fuerit ædificata, & in cubito arcæ sublimitas consum-
mata: sed non est mens prophete. Vult dicere: In cubi-
to perficies illam, nimirum fenestram. Vnde expedit
scire proprietatem uerborum. Quidam etiam hic inue-
xerunt multas allegorias, sed malo fundamento iacto
neccesse cadere quicquid superstruerent. Per illam fene-
stram cognoscebat Noah an dies esset uel nox. Neque
ad alia opera facienda conducere poterat in tanto ædi-
ficio. Edocti ab Apostolo Petro sumus, typum illam ar-
cam gerere ecclesie. Possimus etiam alia que hic le-
guntur eò adaptare: Nam ecclesia ex lignis cōstructa
est levigatis, uel ut alij, quadratis, hoc est, ex huiusmo-
di hominibus, qui apti sunt ad ferendas iniurias. Ehi
sunt leues, qui non desperant, neq; decipiunt alios. Li-
gna ista bituminata sunt, idq; fit charitate, quæ gluten
est, et tunc satis muniti erimus aduersus omnes insultus
mundi huius. Nauigandum erit omnibus inter fluctus
uarios mundi, ut potius mori uelimus quam talia pati.
Si fuerimus huiusmodi ligna, apta ad ædificiū, & con-
glutinata hoc glutino, nimirum charitatis, nemo pote-
rit nos dissociare, neq; nocebūt huiusmodi tentationes.
Sunt etiā uarij nidi. Infima sunt loca, suprema, et ter-
tia

titia. Ita in ecclesia uarij ordines sunt. Scimus nos omnes esse in Christo, et omnes dignitate æquales sumus, quia pro omnibus passus est Christus. Et fide filij dei omnes & gratiae participes sumus. Nihilominus in ecclesia distinctiones sunt: alios enim dedit apostolos, alios prophetas, alios pastores &c. Necesse sunt ordines ut ecclesia possit consistere. Pessimum uenenum in uulgo, quia si non opus sit ministris in domo dei: uidebimus quoniam tandem illud malum ruat. Opus est ut glorio charitatis, et unanimitate patientiæ sumus muniti intus & foris. Nam in ipsa ecclesia sunt multæ tentationes & false fratres. In arca animaliæ non solum cicurata, sed effera sunt. Sic in ecclesia quidam sunt, qui audiunt uerbum dei, summa mansuetudine etiam uiuentes: & plerique qui nondum satis cicurati sunt & mansueti, quorum mores ferre difficillimum est. Deinde dicit de longiudine. Egregia certe illa proportio, ut sit capax omnium, ne putemus ita angustam esse ecclesiam. Hæc scienzia diuinorum rerum necessaria est ecclesiæ, nempe quæ ædificat & per quam discimus necessariam esse nobis honestam uitam. Illa est fenestra, quæ dicitur unius esse cubiti. Si conferas cum magnitudine nauis, tunc admodum parua fenestra. Sic plus sanctimonia uitæ opus est, quam profunditate scientiæ. Opus ordine, ut simul commodius uiuamus. Ambrosius allegoriæ inuehit satis iudaicam,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

qua solent iudei & ociosi homines oblectari. Arcam
pro corpore humano &c.

Et ecce ego.) Iterum uidete iudicium, quod ad ini-
pios attinet. Dicit: Diluvium uenit, illud omnem carnē
delebit. Ita etiā noster baptismus diluvio assimilatur:
carnem suffocare debebat, id est, tollere carnalia desis-
teria. Sequitur nunc, quomodo deus clementer cum
suis statuerit.

Erigam pactum.) Dicit: Nam illi ô Noah, ad tuā
generationē pertinent, quos etiam tibi donabo. Ita bona
ni saluant se & alios: mali sibiipsis impij. Etsi illi non
erant tam eximie boni, præsertim Cham, tamen nihil
minus dabantur à deo Noah.

De uolucre.) Ex omnibus iubet duo accipere. In
fra legemus, quomodo de puris animalibus septem ius-
sus sit Noah tollere. Solum hic clementiam dei uidea-
mus, qui seruum suum fidelem & iustū seruare uoluit
in generatione pessima. Item potuisset deus per miracu-
lum seruare Noah, sed cum cibus adesset, noluit id face-
re. Videlis præterea miram patientiam Noah. Alij cer-
te irridebant ea quæ Noah à domino dicebantur, sed
sibiipsis in damnum maximum. Considerate etiā quod
Noah nihil omisit ex omnibus præceptis dei: parauit
arcam, prouentum, & cætera quæ ad conseruationem
sui & suorum pertinerent.

CAPUT

CAPVT VII.



T dixit dominus ad Noah,
ueni tu & omnis domus tua
in arcam: quia te uidi iustum
corā me in generatione ista.

Quum describitur nobis horibile iudicium dei quod tempore diluvij factum est, discamus ex præteritis futura, quæ non minus sunt futura terribilia, quemadmodum etiam scriptura solet paſsim ostendere. Et sicut eo tempore, edebant, bibebant, ducebant uxores, emebant & uendebant, nihilq; minus quam diem diluvij expectabant: ita etiam futurum est in aduentu domini. Item sicut non creditum fuit olim Noah, qui prædicabat instare diem diluvij: ita etiam apud beatum apostolum Petrum habemus, fidem impios non habituros apostolis, qui aduentum dominicæ dici prædicant. Similiter sicut uidemus iustum Noah saluatum cum sua familia, tota autem generationem impiorum sublatam: sic futurū est ubi dominus uenerit iudicarc orbem terrarum. Videamus igitur quomodo diluvium illud describatur. Nam insigne exemplum fidei in Noah inuenimus, quod nos in omnibus temptationibus admonere debet, ut uerbo domini innitamur.

Ingredere.) Necessaria erat ista uox in tantis temptationibus sancto uiro, ne succumberet. Ut enim audie-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tis, maxima fuit iētatio toto anno inclusum esse cum be
stījs, in tali arca, quæ sic uarijs modis agitabatur, ut in
terim alia taceam. Et quia magna erat tentatio, ideo
opus uerbo dei, quo poterat nisi, non solum ipse, sed to
ta sua familia. Domū hic pro familia ponit, quæ agna
ta est uel affinitate uel neceſſitudine sanguinis. Dicit do
minus: Ingredere arcā, quam nunc tanto tempore
præparasti: impletur mox quæ prædicta sunt. Multi
alij fortassis fuerunt in speciem iusti & hypocrita, sed
in oculis domini non iusti uisi sunt, ideo & in arcā
non sunt in romisi. Cum dicit, In ipsa generatione, id
est, hoc pēſumo tempore, significat Noah iuste & pie
uixisse inter impios & sceleratos.

Ex omni iumento mundo tolles te
cum septem, masculum & foemellam
eius: de iumento uero immundo, duo,
masculum & foemella m eius.

De uolucre quoq; cœli septem & se
ptem, masculum & foemellam, ad uiu
ficandum semen super faciem uniuers
itatem terræ.

Policebamur heri uarietatem istam nos dicturos,
quare deus ex impuris tantum uoluerit unum par
cipi, & ex puris septem. Bestias nocentes deus non uult
multiplicari: pura auiem pecora deus saluat & multi
plicat,

plicat. Præterea dicit, septem et septem tolles de puris. Volunt septimum adiici, ut præter tria paria supersit unum ex animalibus, quod non habeat compar, ut illud septimum sit in sacrificium. Sciebat enim Noah futurū deo gratissimum deliberatione sua. Ex mundis animalibus solum sacrificare licebat. Vide hic, antequam Moses legem dedit, iam quoddam discrimen inter animalia munda & immunda fuisse constat, & patriarchas delegisse animalia munda, nimirum iam eruditis ab Habel, qui primogenita & adipes, id est, de optimis obtulit. Quæ igitur censebantur ab illis munda, id est, quæ delectabantur munditia, deo oblata sunt. Non enim porci, qui gaudent immunditia. Fortassis non eadem ratio discriminis tunc ut sub Mose, fuit tamen aliqua ratio, ut uideamus quanto studio obtulerint, neme purissima. Hoc præsciens deus iubet ex mundis scriptum deligere. Etiam de uolucre cœli septem de utroque genere accepit, ut uiuat semen eorum: quia deus non omnino deleturus totum humanum genus, sed in Noah iterum illud instauratus. Ut initio fecit hominem imperare piscibus maris, uolucribus cœli &c. ita ubi purgauit mundū, iterum imperium illud homini restituit, unde animalia ista uoluit multiplicari.

Quia adhuc post sepiē dies ego pluam super terram quadraginta diebus et

ENARRAT. ICAN. OECOL.
quadraginta noctibus : & delebo om-
nem substantiam, quam feci, de supersti-
cie terræ.

Fecit itaque Noah iuxta omnia quæ
præcepit illi deus.

Vide igitur benignitatem dei. Centum annis prædi-
eauerat Noah, & nihil profecerat. Cū iam iubetur in-
gredi in arcam, adhuc dantur septem dies poenitentia.
Videtur, quasi ex arca ipsa iam cōcionetur instare die,
& omnibus ualedicat, si forsitan aliquis in ultimis tem-
poribus poenitentiam agere uelit, ut ueniam consequa-
tur: sed derisus potius fuit pius Noah, quām quod ob-
temperantes inuenerit. Ridebatur tanquam delirus,
absq; dubio ab illis malis hominibus. Nam omnia tunc
promittebant miram felicitatem, ut audietis tempus
illud in secundo mense fuisse, id est, in Martio: deinde in
Aprilī, cum iam annus pulcherrimus esset, & segetes
se ostenderent, & promitterent magnam felicitatem &
ubertatem. Et sic miseri minime putabant deum suu-
censere, cum omnia in flore essent. Vel de autumno in-
tellige istud, quia etiam annus redundantissimus
est, quod dominus dicit, Edebant & bibeant. Sed de
illis postea plura habebitis. Per illos septem dies iube-
tur Noah prædicare poenitentiam. Nimirum ultimus
fuit sermo, quem indicauit dominus Noah. Quidam ni-
mirum

mirum ubi uiderunt ingruere aquas & pluuiam, etiam tardi precati sunt deum, sed frustra, quia sententia iam lata erat. Quadraginta diebus naturalibus dominus pluit, & noctibus etiam continuis. Aliquando pluuiæ sunt interdiu, non autem noctu: sed hic sunt continentes & continue. Pulchra quidem facies terræ erat, sazta, arbores, segetes, & animalia, nihil non speci promittabant, ideo præcepta dei nihil curabant: sed ita solet accidere, quod ubi peccatum est, ibi nihil gratum esse deo. Non respicit externam faciem deus. Videte etiam hic miram obedientiam Noah. Hoc etiam testimonium suprà accepit. Quamuis pleraq; uiderentur esse ridicula, tamen ille ad uerbum domini respicibat, quod sciebat fallere non posse.

Eterat Noah filius sexcentorum annorum, & diluuium aquarum fuit super terram.

Venitq; Noah & filij eius, & uxor eius, & uxores filiorum eius secum ad arcam propter aquas diluuij.

De iumento uero mundo, & de iumento immundo, & de uolatili, et omni eo quod reptat super terram.

Bina & bina uenerunt ad Noah in arcam, masculus & foemella, quem

ENARRAT. IOAN. OECOL.
admodū deus mandauerat ipsi Noah.

Numerum annorum diligenter indicat. Quia su-
prā dixit, quingentorum annorum, nunc sexcentorū.
Quare hoc? nisi quod indicet centū annis prædicasse.
Præceptū enim acceperat arcam ædificandi sub 500.
anno. Præterea etiam mysterium numeri hic spectari
potest, cum tam diligenter hic obseruetur. Sexcentesimo
anno constitutū à deo, ut fieret diluuiū. Et cum iam
septingentesimus annus ingredieretur, mundus submer-
gendus erat. Noah à quiete, sicut & sabbatum, nomē
accepit, ut suprà dictum est. Et bonum est ea obseruari
in his præcipue locis. Deinde idem in mensibus, & die-
bus mensum inuenietis.

Venit itaq;.) Ingressus est Noah in arcam pro-
pter aquas diluuij. Iam imminebat diluuium, ideo nole-
bat Noah cum suis ultra expectare periculum, scie-
bat enim deum esse ueracem. Magnum hoc miraculum
fuit, quod ex uniuerso orbe terrarum bruta animalia
ad arcam uenere, cum homines, quibus tot annis prædi-
catum erat, irriderent. Sunt alia quædā bruta, quæ in-
habitant siccas regiones, alia magis montana & plani-
tiem, nihilominus ex uarijs istis regionibus uenere ani-
malia ista ad Noah. In Noah apparet primæua inno-
centia, quam olim Adam habebat, cui omnes bestie ser-
uiebant, ut domino, nam indidit illis nomina. Sic etiam
boc

hoc loco ueniuit animalia ista deo sic ordinante ad Noah. Arca ecclesia est, ut suprà dixi, in qua non solù rationales hi, qui uiri diuini sunt, sed etiā qui aliquo modo ad hoc pecuini, & non magna intelligentia prædicti. Prætereat non excludimus pueros à Christianorum congregacione. Omnia animantia que ueniebant in arcam, necesse ut obtemperarent monitis Noah. Profuit illis etiā fides Noah. Sicut alia animantia perierunt propter hominem, ita hæc seruata sunt propter hominem. Non mirum illud sit. Ambrosius pulchram similitudinem ad ducit hac de re, quam adijciam. Dicit: Fieri potest ut caput seruetur præcipuum membrum, amputatis pedibus uel manibus, & sic totum corpus seruatur, ne omnino intereat. Sed capite amputato, neq; pedes neq; manus suum officium agent. Ita de animalibus intellige. Pereunte homine, tanquam capite, necesse omnia alia propter hominem pereant &c. Aliam de imperatore similitudinem dat Ambrosius, quā legere poteris apud eundem autorem. Ego breuitati studebo, ne uobis sim molestus.

Et factū est post septem dies, et aquæ diluuij fuerunt super terram.

In anno sexcentesimo uitæ Noah, in mense secundo, decimaseptima die mensis, in ipsa die rupti sunt omnes fontes

ENARRAT. IOAN. OE COL.
abyssi magnæ, & fenestræ cœli aperte
sunt.

Et fuit pluuiia super terram quadra-
ginta diebus, & quadraginta noctibus.

In ipsomet die ingressus est Noah,
Sem, Ham, & Iaphet filij Noah, & u-
xor Noah, & tres uxores filiorum eius
cum eis in arcam.

Ipse & omne animal iuxta genus
suum, & omne iumentum secundum
speciem suā, sed & omne reptile quod
reptat super terrā secundum speciem
suam, atq; omnis avis secundum specie
suā, omneq; uolatile, et omne pennatū.

Veneruntq; ad Noah in arcam, bī-
na & bina, ex omni carne in qua est spi-
ritus uitæ.

Et introéentes, masculus & fœmina
ex omni carne uenerunt, quemadmo-
dum præceperat illi deus: & clausit do-
minus circa ipsum.

Sexcentesimo anno uitæ sue ingressus est cum suis
in arcam mense secundo: si uel Aprilis uel initii Octo-
bris apud nos, nihil refert: nam aliter Hebræi compu-
tant

Tantquam Latini: et si aliqui cum nostris sentiant initium anni esse in uere. Superne & inferne aqua magna copia affuebat, sic ut nemo posset effugere. Scaturigines fontium solemus nonnunquam inuenire, quæ simili modo erumpunt e montibus: sed hic præcipuum opus uise batur dei. Poterat se aqua mirabiliter ferre in sublime: præterea etiam aquæ e nubibus fluebant abundantissime.

Fenestræ cœli.) Figurata locutione dicit, fenestræ cœli, ne crasse hic aliquid intelligas, quasi cœlū habeat fenestras: sed sicut aquæ per fenestras effunduntur, ita cœlitus, id est, à parte aëris largissimæ aquæ effundebantur. Supra firmamentū cœli huiusmodi aquas esse non certum est, ut quidam affirmant, et si elementum sit perspicuum: sed talem aquam qua submergi possit homo illuc haberi non est uerisimile.

Pluia.) Tanto tempore abluebatur mundus, ut omnia animantia planè interirent in aqua, ideo magnus tempus insumptum est. Aquæ illæ ascenderunt in magnam altitudinem, ut infra audietis. Alias difficile creditu, si quis aquas uideat: sed deo nihil impossibile, cui omnia obedient necesse est.

In ipsomet die.) Octo animæ ingressæ sunt arcā, teste apostolo Petro. Parvus est numerus, si conferatur cum damnatorum multitudine.

Reptilia.) Reptilia, quæ frē ex putredine terra

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Arist. lib. nascuntur, ut serpentes & dracones, non opus erat res
animal. 6. cipi in arcam. Sunt alia quæ cōdita sunt, quæ à motan
cap. 16. de do nomē habent, & illa etiam perfecta sunt animalia,
serpentib. quamvis nō ita gressilia sint, ut cerui, pardi, & alia ter
restria animantia, sed cum paruos pedes habent dicuntur reptilia.

Venerunt.) Hec erant saluanda. Sic etiam in die
iudicij sancti dei eleuabūt capita sua & obuiabūt Chri
sto, cum totus mundus periturus sit. Etiam spes erat res
parandarum animalium cum masculis & fœminis in
arcam introierint. Et quia maximi impetus aquarū fu
turi erant in tanta tempestate diluvij, opus ut nauis ma
gis muniretur, ideo & dominus dicitur foris clausisse, id
est, sua uoluntate muniuisse arcam. Custodiuit domi
nus nauim ne perniciosem illam inundationem senie
ret. Dominus enim protector suorum.

LECTIO.

Quum studium nostrum omne huc incumbere
debet, ut uitam nostram innouemus, & depo
sito homine ueterem nouum induamus, & id nobis maxi
mis mysterijs hincinde in scripturis commendatur, in
primis etiā in baptismo, & in morte Christi, & hic in
diluvio isto. Nam diluvium, ut audistis, typus est bapti
smi, interprete Petro apostolo. Nūc uideamus hic qua
le diluvium fuerit, ut etiam rationem baptismi & no
stre

stræ innouationis restæ accipiamus. Ut titut Moses in
una eademq; re exaggeranda uerbis plurimis, & ferè
ad fastidiū usq; toties dicens, Multiplicatæ sunt aquæ,
præualuerūt aquæ. Id autem non facit absq; causa nō
ses, uult enim ista exaggeratione nobis immensam illā
a quarum uim, quam præcedere oportebat in perden-
da carne & hominibus istis terrenis delendis, ut innoua-
tio postea sequatur. Ita requiritur à nobis, ut ueterem
hominem perfecte crucifigamus, & membra carnalia
ista deponamus, ut sunt inuidia, odiū, auaritia, & qua
sunt id genus. Etiam alijs in scriptura aquæ nobis ten-
tationes significat. In psalmo habetis, Salua nos, aquæ
usq; ad ar imam uenerunt: id nimirum intelligitur de a-
quis tribulationum. Sic crebro per aquas, fortes, ualidæ
& maximæ tentationes intelliguntur. Non est autem
parui laboris & negotij uincere hunc mundum, uel re-
linquere ueterem hominem. Quando enim accedimus
ad seruitutem dei, uarijs modis tentamur et affligimur.
Cæterum sic per crucem oportebit nos pertransire ad
gloriam & nouitatem uitæ. Crux ipsa uel temptationū
multitudo bene purgat sordes istas ueteres. Sicut igitur
ipse Moses pluribus uerbis iudiciū dei manifestat, qua
le tunc fuit, sic nos quoq; diligenter cogitemus hoc no-
biscum. Non est enim alia res tam frequenter in scriptu-
ris expressa, quam ista, ut possumus resistere tentationis

ENARRAT. IOAN. OECOL.

bus per uaria exercitamenta, & ut submergetur in nobis uetus homo.

Factumque est diluuium quadraginta diebus super terram, & auctae sunt aquae, sustuleruntque arcam, quae eleuata est super terram.

Et praeualuerunt aquae, & auctae sunt uehementer super terram, fluitabatque arca in superficie aquarum.

Etaque inundauerunt uehemetissime super terram, opertiisque sunt omnes excelsi montes, qui sunt sub uniuerso cœlo.

Quindecim cubitis sursum inualeuerunt aquae, ut operarentur montes.

Hic solum ponitur diebus. Verum satis est, cum habemus hic mentem Mose, neque opus addere noctibus. Videntur haec omnia tanto artificio sic conscripta esse, ut nequaquam liceat numeros contemnere. Quadraginta diebus pluit, deinde quadraginta dies expectat Noe, quando apparuerunt secchi montes. Ita perfecta quedam castigatio corporis nobis precipitur. Vnde hoc quidam designatur quadraginta dies elegerunt, quasi tempus idoneum pœnitentiae. Quantum ad hanc historiam attinet, uix satis potuit Moses hoc inculcare, neque de

pe de augmento aquarum: quandoquidem hodie sunt qui contradicant, quasi contra naturam aquæ sit ut tantum ascendat. Sed illi non in deum respiciunt. Qui ex nihilo condidit omnia, illi non difficile, ut tantum ele-
mentorum in aquam uerteret. Quidam et si fatentur fu-
isse diluvium, tamen non fuisse tantum: dicunt, plerosq;
montes non potuisse transcendere: presertim magnam
difficultatem faciunt de Olympo monte, quod is regio-
nem aëris transcendat, ubi perpetua sit serenitas, quiq;
nullis uentis sit perius: sed mera est fabula. Talia cum
afferunt in medium, eleuare sacram scripturam conan-
tur: sed Moses præuenit, & iudicium domini opponit,
ut illud in corde habeamus.

Fluit ab arca.) Cogitate quanta moles arcæ: ha-
buit speciem iusti oppidi sua magnitudine. Tanta mo-
les cum omnibus inhabitatibus & prouentibus & alijs
necessarijs per annis spaciū, requirebat magnam uim.
Videte in quantam profunditatem iuerit arca, & quot
ulnas in profunditate habuerit, ut nusquam impingeat,
cum super montes ferretur.

Aque inundauerunt.) Id est, auctissimæ fuerunt.
Non dicit de collibus, sed de montibus, ut de Olympo
& alpibus, & de illis montibus qui celebres sunt apud
Cosmographos. Hic etiam uidemus diluvium non in-
exisse montes, sed in principio creatos fuisse.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Vniuerso cœlo.) Ne dicas in una regione terræ ista inundatio fuit, adieclum hic est, sub uniuerso cœlo, eosq; creuerunt aquæ.

Quindecim.) Videlis eandem sententiam, unde non opus ut diutius in illis uerbis immoremur: fideli tamen animo ea capienda sunt: nam proféruntur à Mose, quasi contendat contra istos incredulos, dicendo: Tibi uidetur fortassis incredibile, & nequaquam uerisimile, ego ueritatem sciens ausim dicere quindecim cubitis aquas præualuisse. Sunt montes Armeniæ, qui inter altissimos montes recensentur, ex quibus etiam maxima flumina profluunt, Euphrates & Tygris, & in his quiet uit arca. Vnde oportebat super illos altissimos montes plurimum esse aquarum. Patres etiam hunc numerum quindecim ulnarum obseruarunt, qui constat ex septenario & octonario, & maximam profunditatem indicat. Ut autem mysteriū cognoscas, scias septem et octo in sacris numeris haberis. Hocq; libetius amplector, quam absurdas aliquorū allegorias. Postea inuenietis 150. Et ita illic septuaginta & octoginta, centum & quinquaginta ueniunt, ut iterum in eundem numerum conspicient. Sunt numeri, in quibus scriptura rem altiorē commendat, illisq; peculiärer utitur, ut quietem nobis commendet. Et designant etiam magnam tentationem.

Et expirauit omnis caro, quæ repræb66

bat super terram, in uolatili, in iumento, in bestia, & in omni reptili, quod repetat super terram, sed & omnis homo.

Quicquid erat in cuius naribus spirabat flatus uitæ, hæc inquam omnia in ipso arida mortua sunt.

Neceſſe erat ut tota terra obtegeretur aquis, quo omne animatum in terra moreretur. Vita hominis non est in aqua. Nemo hominū in aquis poterit diutius subsistere. Hoc etiam repetit pluribus uerbis. Omnia quæ spirabant, omnia quæ egebant aëre, mortua sunt: flatus enim spiritus homo opus habet ad sustentandā uitam, absq; quo uiuere non potest. Nam pisces & ea quæ in aquis uiuunt non ingressi sunt in arcum, sed quæ in ariado erant. Meditemur nos perfectam abolitionem peccati in nobis. Et sicut Christus perfectè mortuus & sepultus est, ita nos perfectè moriamur peccato. Quamuis quandiu uiuimus in hac terra, aliquæ reliquiæ peccati in nobis erunt: per spiritum tamen dei, qui congregatur nobiscum aduersus carnem, quotidiana exercitatio faciet nos præualere, & ne caro oppugnet, arma subministrabit, quò tandem noui homines prodeamus. Quicquid est pecunium, & ueteris hominis, hoc omne tollatur: uel quod ad insolentiā, uel libidinem, uel iram, & ad alia uitia attinet, hoc baptismo pereat. Hæc spia-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ritualiter hic dictamus, alioqui satis clare uidemus iudicium domini. Videmus malos perditos esse, & ut meruerat deus illis rependit. Soli iusti saluantur in iudicio qui fide sua deo placent, & ob fidem quam erga deum habent, operantur in charitate. Ingreguntur in arcam qui sunt in ecclesia. Nisi fidem habuissent, nou fuissent ingredi.

Deletumque est omne quod subsistebat, quodque erat in superficie humi, ab homine usque ad iumentum, & usque ad reptile & uolucrem coeli: deleti inquam sunt de terra, & superstes mansit solum Noah, & qui cum eo in arca erant.

Inualerunt autem aquae super terram quinquaginta & centum diebus.

Eodem modo quo creuit diluvium, decrescere uides. Et haec est historia diluvij, quo deus totum mundum & ea que in mundo fuere perdidit. Videre taliter utique horrendum erat, & requirebat hominem maxime patientie. Cogitate interim fortitudinem beati viri. Si quis una nocte tenebricofo carcere concluderetur, molestum esset ei, etiam si amici eius foris bene haberent. Noah autem in tantis tenebris, anni spacio, in excidio totius generis humani, quantae putas illi molestiae fuerint? Sic probatur sanctus vir non minus in arca, quam amici

antea probatus cum prædicaret. Hoc exemplo disca-
mus, si etiam nos tentationes inuaserint, ne statim suc-
cumbamus: opus heroico animo Christiano homini.
Poterimus omnes aduersitates per fidem vincere: & ut
ille adhæsit deo, ita & nos illi adhæremus firma fide.

C A P V T. VIII.



T recordatus est deus ipsius
Noah, & cuncti animantis,
omnisq; iumenti, quæ erant
secum in arca: & fecit transire
Deus uentum super terram, quieue-
runtq; aquæ.

Et obstructi sunt fontes abyssi, atq;
fenestrae cœli, & cohibita est pluua de
cælo.

Deum scimus nullius rei obliuisci. Loquitur autem
scriptura more suo, iuxta humanas affectiones, & us
deum in affectibus nostris experimur. Nam cum per-
mitteret sanctū suum sic affligi in arca, & tantis uexa-
tionibus uexari, uidebatur oblitus esse Noah, & eorum
qui in arca erant, nihilominus sanctus ille uir in sua pa-
cientia persistit. Omnia deo præsentia sunt, nihilomi-
nus deo sic loquitur scriptura, quasi sue creaturæ
obliniscatur. Illa inquam scriptura non patitur conten-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tiosos homines, ubi manifestae sunt sententiae. Recordatus est igitur Noah ut amici, quem decreuit magnis beneficijs decorare. Vbi uetus Adam interit, deus memor est nostri & benefacere decreuit, neq; obliuiscetur suorum in æternum. Poterant etiam ista animalia interire statione, nisi diuina beneficentia fuissent seruata. Deus liberauit nos à captiuitate longe grauiori, nempe à satana, quod nos præcipue cogitare debemus. Et sic recordatus est deus Noah, ut iam remitteret diluvium. Potuisse id absq; uento facere, sed ordinem seruat. Ventus aquilonaris, qui serenitatē inducit, incepit flare, ut aquæ inciperent se subducere. Ita diuina beneficentia fit ut motus istius carnis, et quicquid est tentationū, residat.

Obstructi sunt.) Suprà habuimus quomodo scaturigines apertæ sunt, hic obstructæ. Eodem modo Moses describit deū pluissē pluias, & aquas erupisse, seq; subduxisse. Aquæ nimirum sic constitissent, si deus uero suo uoluisset conseruare, sicut hodie est uidere de perpetuo aquarum fluxu. Aquæ illæ potuissent manere super montes, sed diuino iussu, cum deus immitteret spiritū suum recesserunt, quia ille flatus significat etiā alterationem diuinæ uoluntatis. Ita aquæ cedunt plus uoluntati eius quam uento, qui alioqui natus est ad siccandum.

Et reuersæ sunt aquæ de terra, eundem &

do & redeundo: imminutę sunt aquę
a fine quinquagesimi & centesimi diei.

Et quieuit arca in mense septimo, in
decimaseptima die mensis, super mon-
tes Armeniæ.

Cessarunt fluctus hinc inde ambulantes, quod mul-
tis uerbis exprimit. Iam etiā multi dies insumpti sunt,
et quotquot diebus aqua sic concreuit, totidem diebus
decrescit, quieuitq; tunc arca. Iterum mensem quietis,
septimo mense habetis. Dicunt quidā in montibus Ara-
meniæ reliquias arcæ multis temporibus seruatas fuisse
in memoriam posteritatis. Nam inde populus descen-
dit, et cœpit iterum multiplicari super terram. Possu-
mus etiā uidere quod errant historici, qui putant homi-
nes οὐτόχθονες incolas esse, quasi nō aliunde sint pro-
fecti. Necesse ab hoc initio omnes gentes descendenterint, ut
postea magis apparebit. Nam si hodie insulæ inueniuntur,
non mirum, cum olim populi tam mirabiliter diuisi-
sint. Potuerunt nauigia inuenire, locaq; illa nobis igno-
ta inhabitare. Bonum itaq; est illud uidere in scriptu-
ris, ut sciamus unde genus humanum cœperit: indeq;
cōstabūt nobis omnia certius. Nō illa gens in toto mun-
do existit, que non inde suum ortum habuerit. Adhuc
multum aquarum erat, et poterit quis ex numero die-
rum bene agnoscere quanta copia aquarū super mon-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

tes fuerit. Nam non paucis diebus postea tota terra fuit siccata. In summa, diuina gratia nouum mundum producit cum Noah, & quomodo iste incipiat audiemus in proximis lectionibus.

LECTIO.

Eneclo per diluuium humano genere, paucis exceptis, Noah nouæ generationis parens, uita exemplo suo posteritatem nouam instruit. Et discimus principio, ne quid citra uerbum domini, & citra uoluntatem illius agamus, quemadmodum etiam Noah. Arcam egredi noluit, donec ab ipso domino iuberetur. Interim tamen quæ ei concessa erant ad explorandam sic citatem terræ nequaquam omittebat, & propterea cœsanite diluicio coruum & columbam emisit. Sic enim legimus:

Factūq; est à fine quadragesimi diei & aperuit Noah fenestram arcę, quam fecerat.

Et emisit coruum qui egressus est, est egrediendo & redeundo donec siccarentur aquæ super terram.

Et rursus emisit columbam à se, ut uideret si alleuiatæ essent aquæ à superficie humi.

Quia

Quia in arca erant tam immunda, quam etiam munda animalia, & uolucres, corius semper inter immunda animalia habitus est, & pro suo ingenio solet insidere cadaueribus. Proinde LXX. legerunt, Non est reuersus. Hebraica tamen lectio palam dicit: Exiuit ex eundo, & regressus est. An autem in ipsam arcam regresus sit uel assederit arcæ, uel circa illam uolitarit, incertum est: neque utilis quæstio, nisi quis allegoriam spectaret. Corius gerit typum falsorum prophetarum, & uenitris gratia docentium: hi egrediuntur ex arca, id est, eccllesia, & in illam non reuertuntur, neque afferunt ramum oliue, que symbolum pacis est, & nunquam uerè euangelium annunciant, hoc est, eam gratiam quam apud patrem coelestem per Christum habemus. Et ita agunt impij & falsi doctores, qui non perseverant usque in finem, sed recedunt. Signanter **V D O N E C** in exemplum trahunt quidam, quomodo sacra literæ interpretandæ sunt. Non sequitur postea ingressus est, quia nemo tunc ingrediebatur in arcā. Igitur Donec non ad consequentiam istam trahendū. Erat sollertiaffimus Noah, et animalium naturas probe callebat: unde quia corius non amabat arcam, sed gaudebat cadaueribus, emisit columbam domesticum animal, uel auem, que societate hominum gaudet, ut sic uideret an resedissent aquæ. Neque enim columbae insident cadasueribus, quemadmodum corui.

ENARRAT. IOAN. OECOL.
Vnde explicat hoc in sequenti uersu.

Et non inuenit columba requie pro
planta pedis sui, reuersaçp est ad eum
in arcam; nam aquæ erant in superficie
uniuersæ terræ: & ille emissa manu tu-
lit eam, introduxitçp eam ad se in arcā.

Et expectauit adhuc alios septē dies,
adijciensçp emisit columbam de arca.

Non inuenit columba quo scilicet infimam partē
pedis sui poneret. Est enim mundum animal. Non se-
mel emisit columbam, sed iterū atq; iterum, donec cer-
tus fieret de exinanitione aquarum. Mirum est, sic man-
suetam columbam fuisse & cicuratam, ut passa sit se in-
troducere in arcam. Sicut igitur coruus typum gerit
eorum, qui male docent: ita columba, que alioqui spiri-
tum sanctum nobis significat, & simplicis est ingenij,
amansq; humani contubernij, typum gerit bonorū do-
ctorum. Illi enim amant arcam, id est, ecclesiæ unitatē,
& non facile permittunt se ab ecclesiæ unitate scindi,
unde etiam ea que pro unitate ecclesiæ instituta sunt,
seruant quam purissime: Vnde fit ut segregent se ab ijs,
que non sunt ecclesiæ, nempe à cadaveribus, & fidelia-
bus se coniungunt. Alij duos populos hic nobis cōmen-
dant, Iudeorū uel synagogæ, quem coruo comparat:
& populum gentiū, quem columbæ confrunt. Nescio
tamen

tamen an etiam hoc recte possimus hic accipere. Relin quo illud alijs excutiendum. Ego in nobis ipsis inuenio geminas naturas. In noua illa generatione antequam spiritus sanctus datur, inuenimus nos esse carnales, igno rareq; que spiritus dei sunt. Ita principio in nobis immundior est natura. Deinde succedit gratia, per quam regeneramur, ut noui homines fiamus. Primo homo carinalis est immundus, ut postea sub finem habebitis: deinde uero spiritualis per gratiam, per quam fit mundus, ut deo placeat. Nam nostra natura immundi sumus, per gratiam autem mundi efficiuntur, & agnoscimus pacem per fidem.

Et uenit ad eum columba tempore uespertino, & ecce folium oliuæ decerpitum in ore illius: unde cognouit Noah quod alleuiatae essent aquæ super terrā.

Videte hoc loco patientiam beati uiri, & perseverantiam, qui iam totius anni curriculo intra arcam inclusus erat, nondum tamen properat, nullo accidente diuino iussu, egredi. Columba illa uere pacifica tempore uespertino uenit. Et illud refertur ad nouissimum tempus, in quo Christus natus est, ut duratio totius mundi sit quasi unus dies. Vesperum autem dicetur tempus illud quod usq; in finem mundi perdurabit, in quo implentur omnes prophetiae.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Folium oliue.) Erat plane indicium serenitatis & siccitatis super terram, cum iam iterum arbores fronde scerent. Dictio δέ nonnunquam ad eum pertinet, & sic uolunt esse aliquid cibi in hoc oliue folio. Agnouit per hoc Noah gratiam esse datam. Sic nos ubi Christum agnouerimus, tunc etiam agnoscerimus aquas tribulationum alleuiatas esse per terram, & pacem uera datam, quae est conscientiarum.

Et expectauit adhuc alios septem dies, emisitque columbam, quae non adiecit reuerti ad eum ultra.

Quia ubique iam uiirebant arbores, & omnino siccata erat terra, non rediit amplius columba: quia iam tempus erat ut etiam alii exirent de arca, & de illa capiuitate, ut iam nouum seculum conderetur, quod deo sanctius seruiret, quam illud quod præcesserat: licet non in omnibus sic successerit. Et licet columba domesticum animal sit, tamen non rediit, quod inde spem cum suis conciperet, iam tempus esse egrediendi ex arca. Nimirum tunc conuersi ad precies, et si hoc non dicatur hoc loco à Mose.

Factumque est in primo & sexcentesimo anno, in primo & in prima illius mēsis, exiccatæ sunt aquæ de terra, & amouit Noah operculum arcæ, uiditque, & ecce

& ecce exiccata erat superficies humi.

Porrò in mense secundo, in uigesima septima die mensis exaruit terra.

Locutusq; est deus ad Noah dicens:
Egridere de arca, tu et uxor tua, filij tui
& uxores filiorum tuorum tecum.

Cunctum quoq; animal, quod est te-
cū ex omni carne, tam in uolatili, quam
in pecore, & omni reptili, quod reptat
super terram, educ tecū: ut prolificent
in terra, atq; fructifificent, & augescant
super terram.

Egressus est itaque Noah, et filij eius,
uxor eius, & uxores filiorū eius cū eo.

Omne quoq; animal, & omne reptile,
cunctum uolatile, & quicquid reptat
super terrā, iuxta familias suas egressa
sunt de arca.

Tota cura patrifamilias Noah incumbebat: quia
filij eius & uxores illorum, nihil tale leguntur fecisse.
Proinde honorē hunc patri debent, ob id quod omnia
ista curabat, non solum summa diligentia, sed etiā quia
estate et prudentia maior erat. Is enim agnouit omnia,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ideo amovit operculum arcæ, quia magna uidebatur se renitas. Anno integro Noah arcæ captiuitatem tulit cū suis. Sexcentorū enim annorū erat ingrediēs in arcam: egressi autē unus annus accessit his. Sic quando nostra terra aresceret, id est, ipsa carnalis cupiditas cessaret in nobis, etiā breui euocaremur ad meliorem uitam.

Egredere de.) Hic habet mandatum, anteau-
luit egredi: signum magne fidei. Nisi admonitus à deo
fuisset, nesciuisset quid sibi esset agendum. Omnia igis-
tut auspicijs dei agit. Quomodo autem dominus illi lo-
catus sit, scriptura manifeste non indicat, siue per ange-
lum, siue in cor locutus sit, certissimo testimonio et spi-
raculo, quod planè crediderim. Neq; illi cludebantur,
sed certi erant de spiritus sancti oraculo, et quemadmo-
dum in initio deus dedit benedictionem, per quam bre-
ui tempore sic omnia multiplicabantur et homines et
iumenta. Nam uiuente adhuc Noah recensiti sunt per
quosdam supra uiginti myriades hominū, qui agnosce-
bant sceptrum ducum. Hec Philo.

Egressus itaq;.) Iam obedientiam uidetis Noah.
Quasi dicat scriptura, ad iussum dei exiuit Noah,
et noluit antea. Omnia que in arca erant saluata sunt.
Fides cum charitate etiam nos saluat. Videamus igitur
quid principio egerit sanctus vir, ex tanto periculo li-
beratus.

Et ad ea

Et ædificauit Noah altare domino, & tulit ex omni pecore mundo, & ex omni uolatili mundo, et obtulit holocausta in altari.

Primo omnium gratias agit deo. Nam sacrificium hoc quod obtulit, laudis sacrificium fuit, eò quod confessus est se creptum ex maximis periculis auxilio dei. Ita nos cum ad agnitionem Christi uenerimus, per baptismum regenerati ab hoc mundo, nihil antiquius habeamus quam gratias agere deo. Olim protestabantur suam fidē extērnis sacrificijs, ouibus, bobus &c. Noah edificauit altare, quod de Abelō non legimus. Noah obtulit holocaustum, quod omnino incendio consumitur. Erat igitur uoluntarium sacrificium. Suprà diximus, quod plura animalia munda recepta sint in arcā, nempe septena, ut unum cederet ex ijs septem sacrificio. Similiter egit in auibus cœli. Etiam hoc apparet, quod sanctus uir suo tempore inter munda & immunda animalia discriminē habuit. Antea admonui, quod optima deo solebant offerre, & ea à quibus homines abhorre solent, ut corui sunt & porci, indigna putarent quæ deo offerrentur. Non talia immunda responsum dissent fidei sue, uolebat sc̄ immundissimū ostēdere, unde non erant ista immunda apta ad sacrificium. Erat igitur etiā tunc prophetia, et prædictio unici sacrificij.

ENARRAT. IOAN. OECOL.
quod satisfacturu esset pro omni humano genere, quod
Christus fuit, qui finem imposuit externis sacrificijs.

Odoratusq; est dominus odorem
quietis, & dixit dominus in corde suo:
non adijcam ut amplius maledicā hu-
mo propter hominem: nam figmentū
cordis humani malum est ab adolescen-
tia sua: neque addam ut amplius percu-
tiam omne uiuens sicut feci.

Igitur adhuc omnes dies terræ, se-
mentis & messis, frigus & æstus, æstas
& hyems, dies & nox non cessabunt.

Vult dicere: Oblatio & sacrificium, istud quod ob-
tulit Noah, gratissimum fuit deo. Crassa hic omittas-
mus, quasi dominus odorem habeat, sed agnouit deus
fidē sancti patriarchæ, que usque adeo placuit deo, &
propter illam fidem odoratus est. Odor magnus pros-
diit, nimirum Noah ipse gratissimus fuit deo, propter
cuius fidem & gratiarum actionem haec scripta sunt.
Vnde etiam deus memor humani generis, dicit:

Non adijcam.) Vniuersæ terræ intelligite. Nam
sunt quedam particulæ terræ, uel incendio, uel irru-
ptione maris, uel terræ motu subuersæ. Dicit autem
hic de cataclysmo, & sic non uult ultra maledicere
terre.

Figmentum

Figmentum.) Insignis est sententia hec, quam bene obseruare debemus, ut nos ipsos melius et penitus agnoscamus. Nam figmentum cordis (id est, cogitatio nostra) malum est. Quasi dicat: Homo ipse iuxta naturam suam malus est. Hebræus nō habet, primum: sed multo clarius dicit, Malum est, à primis diebus, à pueritia. Et originale peccatum dicimus esse in nobis proclivitatem ad peccandum: & nisi dominus sua gratia succurreret nobis, nihil ageremus quām peccare, etiam si malde magnificemus humanam naturam. Terra est, & tribulos parit, id est, malos cogitatus. Necesse spiritu sancto illustretur. Dicit igitur: Semel delevi hominem omnem propter peccatum suum, poste non idem sum facturus.

Omnes dies.) Illa mea diuina ordinatione cōsistent. Veteres ex Hebreis obseruarūt hanc dictiōnē. Habent enim in traditionibus suis etiā tunc deum fuisse intermitnatum finē mundi, & prædixisse aliquo modo futurum aliquando iudiciū, quando boni præmia sua accipient, & infideles perdētur. Post finē mundi futurus est aliis mundus: innouetur & melior fiet. Rom. 8. Est semensis, est & messis. Terra seminatur, deinde metitur: nunc aestus, nunc frigus: nunc dies, nunc nox: nunc aestas, nunc hyems. Omnia illa in salutem humani generis sic ordinata sunt à deo. Frigus non minus prodest quām

ENARRAT. IOAN. OECOL.

estus, deus nouit quomodo illa debeat moderare. Et ideo illa fiunt, ut deum agnoscamus, & illum adoremus, ueneremurque.

C A P V T . I X .



Vduimus heri, quomodo Noah, postquam liberatus fuit a diluvio, gratias egredit deo, sacrificans illi, per quod sacrificium fides uiri nobis commendatur. Parum enim fuisset, si deo obtulisset de brutis animantibus, nisi et seipsum totum consecrasset deo. Inde deus odoratus est, id est, Noah summe deo placuit. Placent autem fidelia pectora deo. Nunc quid contra deus a Noah, et a noua ista generatione requirat, cognoscemus, et quam legē ab initio eis statuerit. Et si penitus introspecterimus, inueniemus charitatem maxime nobis commendari. Audietis enim praeceptum de non effundendo sanguine, quamuis maxime omnium prohibeatur homicidium. Scimus autem interprete Christo, quod peccatum homicidium, in se continet omne genus odii. Nam si fides nobis fuerit, uult deus ut proximo seruatis seruata charitate. Quo igitur diligentius deo seruiamus, promissiones quasdam Noah dedit et posteri atque eius, quam iam audietis.

Et benedixit deus Noah atque filios eius, et dixit ad eos: fructum fert, et multus

multiplicamini, atq; implete terram.

Pauor uester & tremor uester erit super omne animal terræ, & super cunctum uolatile cœli: in omni eo quod ebullit terra, & in omnibus piscibus maris, in manum uestram tradita sunt.

Benedictio datur Noah & filijs eius, ut ex illis iterum augeatur humanū genus, quemadmodū in initio cum conditus est Adam, auctum est. Non legimus de filiis alijs Noah. Verum cum filij eius benedicti & multiplicati sint, certum est eam quoq; benedictionem ad alios Noah filios, si quos habuit, pertinere. Is enim legislator & doctor erat. Sunt qui Noah Ianum fuisse putant, à ινι uino, sed nihil certi habet de hac re. Omne igitur humanum genus seruatum est ab hoc initio: unde fabulosum est quod Aegyptij & alij narrant, se esse indigenas, & non ex alijs terris allatas.

Pauor et.) Principio Ade dictum est, quod imperaturus esset ijs quæ sunt in terra & mari &c. futurus dominus illorum. Nunc autem hic legimus, quod deus etiam maiestatem dat Noah & autoritatem, ut nimantia timeant hominē: id quod licet uidere. Non nunquam boves & equi à pariis puerulis aguntur. Porro quod animalia quædam immitia sunt, & non agnoscunt humanum dominium, id credimus euenire singu-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

lari ira dei, & id peccatis nostris merentibus. Id etiam dominus minatur per Mosen, bestias se immissurum, quae nos dilacerent, si legem eius contempserimus. Si species genus humanum, inuenies illud terribile esse cunctis animantibus. Aues & alias feras homo deicxit sagittis, & istis inuentis posterioribus. Nonne balistis & tormentis perniciōsissimae bestiae perduntur? Et ferre bestiae ad humanam uocem trepidant ferociissimae. Hæc autem singulari benedictione dei contingunt. Legimus apud Esaiam prophetam, eam secus ritatem per Christum nobis datā esse. Item Christus dicit de apostolis, Serpentes tollent, & si uenenum biberint, non nocebit eis. Marci ultimo. Similiter uipera Paulo apostolo non nocuit. Acto. cap. 28. Hic terror uenit super omnes bestias, ut uere appareat hominē totius orbis dominū esse. Cuncta animantia seruata sunt per hominē, recte igitur cognoscunt hominis dominū.

Omne quod se mouet, et quod uiuit, erit uobis in escam: quasi herbam uirentem dedi uobis omnia.

Attamen carnē in anima sua, & sanguine suo non comedetis.

Alioquin sanguinem uestrum de animalibus uestris requiram, de manu cuncti animalis requiram eum: & de manu hominis

hominis, de manu uiri fratris sui requi-
ram animam homini s.

Non solum uos timebunt animantia ista, sed etiam
in cibum uestrum erunt appositissima. Antea non legi-
mus deum permisisse id, et si legimus non prohibuisse.
Hic autem manifeste permittit e sum carnis, ut uidea-
mus nihil mali in carne esse. Dæmoniaca doctrina est,
e sum carnis prohibere. Moderatur præceptum illud
a domino, qui dicit: Carnem in anima non comedetis, id est, in uiuo corpore. Ita uocat animam, qua parte
uiuit, & sensuum partem intelligit. Hoc antiquum
præceptum hodie strenue seruant Iudei. Et apostolo-
rum temporibus præceptum erat propter charitatem
seruandam: & propter lucrificiendum alios, uisum est
spiritui sancto a suffocatis abstinere. Actorum cap. 15.
Carnem comedere licebat, sed non sanguinem, neq; car-
nem abscisam a uiuo corpore. Animam in sanguine di-
cit, quia t indicium uite est in sanguine. Et id prohibet
ut hominem magis auocet ab homicidijs. Nam initio
hoc curauit deus, ut humanum genus magis propage-
tur. Et ut amplius caucatur homicidium, etiam a san-
guine pecorum absterere uoluit, ne illum in cibum sua-
merent, & ut sic a pecoribus assueferent, ne facile hu-
manū sanguinem effunderent. Alioqui animantia ho-
mini in cibum data sunt.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Qui effuderit sanguinem hominis,
per hominem sanguis eius effundetur:
quoniam in imagine dei (deus) fecit ho-
minem.

Non inultum relinquam effusum sanguinem ani-
marum uestrarum, etiam ex bestijs & hominibus po-
na sumenda est. Postea lege cautum est, ut si taurus cor-
nupetendo occidisset hominem, etiam taurus occida-
tur. Iam ab initio deus hanc poenam statuit in homici-
das, & ita etiam autoritatem gladij instituit, nimirum
hanc dedit Noah. Quicunq; effuderit sanguinem ho-
minis, peribit poena talionis. Hoc est præceptum illud,
quod datum est Noah & filijs eius, ut humanum genus
nimirum haberent commendatum. Commendatur igit
tur nobis charitas hoc præcepto. Fieri potest ut sangu-
inem hominis non effundas, sed hominem afflictum ita
contristes, ut illi multo satius sit, si sanguinem illius effu-
disse. Adiicit causam, ex qualicet cognoscere, quate-
nus homo nobis commendetur.

In imagine.) Cum homo gerat imaginem dei,
propter deum nimirum diligendus est, & in honore ser-
uandus, taceo ut illū nostra manu occidamus. Quam-
uis autem possumus perdere corpus hominis, tamen sci-
mus animā non posse: nihilominus illi impij, si possent,
furore suo perderent etiā animā pij hominis, imò deum
ipsum

ipsum è cœlo depellerent, tam feroce sunt. Moses hic non dicit, ut humanum genus multiplicetur, sed dicit, quoniam conditus homo in imagine dei. Illam igitur imaginem uenerare: offenso illo, cuius imaginem gerit, deum offendit, quem honorat. Signum quod signat aliquid, si quis illud dehonestat, etiam illum qui per illud signatur, dehonestat.

Vos autem fructificate & multiplicamini, profligate in terra, & multiplicamini in ea.

Volo igitur ut humanum genus crescat. Etiam hoc loco eadem est sententia, quæ & supra. Nuptie concidunt, et licite sunt. Neq; aliqui eximuntur, nisi quos gratia dei liberos facit. Alioqui ad generationē apti, nihil utilius facient quam ut obtēperent diuino mandato.

Dixit quoq; deus ad Noah, & ad filios eius secum, dicendo:

Ecce ego erigo fœdus meum uobis scum, & cum semine uestro post uos.

Et cum omni anima uiuente, quæ uobiscum est, tam in uolatili, quam in peccore, & in omni bestia terre, quæ est uobiscum, ex cunctis que egrediuntur de arca iuxta uniuersum animans terræ.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Statuam autem pactum meum uobis
scum, ut non succidatur amplius omnis
caro aquis diluuij: neq; erit amplius di-
luum ad dissipandum terram.

Noah cū filijs suis non parū territi fuerunt propter
diluuium, quod toto anno sustinuerunt. Qualis autem
tunc facies terræ fuerit, facile potestis cogitare. Proin-
de ne ad quamvis pluuiam attoniti essent, & cogitaret
propter peccata humanum genus delendum, consola-
tione & promissione deus confirmat illorum animos.
Promittit enim eis, se erecturum arcum cœlestem, quo
uiso credat deo, & certi sint iam nō imminere diluuiū,
& ita omnibus modis deus se uicissim etiam amicum
declarat. Noah immolauerat deo sacrificium gratum,
& accipit p̄ceptum: nunc reliquū est, ut meat cum
deo fœdus. Sed non per iridē uel arcum cœlestem iniit
fœdus, sed arcus iste indiciū fœderis fuit, ut postea se-
ipsum exponit. Etiam circumcisio signū fœderis fuit.
Nam fœdus inter eos qui confœderantur. Iam perpe-
tuo quodā fœdere coniunxit sibi deus electos suos. Qui
cōfœderantur cum deo, id agnoscunt, cum spiritus eius
fiunt participes. Ut tigitur humanum genus deo confis-
dat tanquam de optimo patre, signum fœderis ponit.

Anima uiuente.) Hoc fœdus quod tecum ineo,
pertinet ad salutem tum uestram, tum omnium animan-
tium,

tum, quæ propter hominem seruabuntur. Homo agnoscit signum. Et deus non eadem ratione cum animantibus iniijt fœdus, ut nobiscum, quia carent ratione. Seruabo, inquit, fœdus meum, faciam illud stare immotū, erit ratū quicquid promisero. Non ita perdetur omnis caro, etiam si perdam nunc hos nunc illos, sed non talis cataclysmus erit, qualēm iam experti estis. Neq; hic excludit uniuersale excidium, quod per ignem futurum est. O Noah tutò potes credere deo, quia signum benignitatis diuinæ est arcus.

Et dixit deus: hoc est signum fœderis quod ego do inter me, & inter uos, & inter omnē animam uiuentem, quæ est uobiscum, in generationes perpetuas.

Arcum meum posui in nube, eritq; in signū fœderis inter me & inter terrā

Et erit cum nubilauero nubem super terram, & cōspicietur arcus in ipsa nube.

Et recordabor fœderis mei, quod est inter me, & inter uos, atq; inter omnē animam uiuentē in omni carne; & non erit ultra, ut sint aquæ in diluuium ad dissipandum uniuersam carnem.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Sed erit arcus in ipsa nube, & ego ut
debo eum ut recorder fœderis perpe-
tui, inter deum & inter omnem animā
uiuentem, in omni carne quę est super
terram.

Dixitq; deus ad Noah: Hoc est si-
gnum fœderis, quod cōstitui inter me
& inter omnem carnem, quæ est super
terram.

In signum erit arcus, ne amplius ita deuastetur ter-
ra. Hic philosophi non attendentes, uel diuinam omni-
potentiam, uel misericordiam, ferè rident, dum putant
naturæ opus esse et non dei, arcum illum cœlestē: cuius
rationem reddere nituntur, quod sit resplendentia solis
in cauum nubem, quę deinde huiusmodi uarios colores
spissis vaporibus figuret. Hoc quamvis uerum sit &
res ipsa manifestet, tamen ipsi coguntur testare, quod
nemo pictorum potest aliquem arcum recte imitari. Ea
enim colorum uarietas est. Et si coniunguntur colores,
nulla linea alteri per omnia est æqualis. Seneca libro
questiōnum de his rebus copiose disputatione.
Nos liben-
tius credimus diuinæ scripturæ, ut inde solatium fidei
nostræ accipiamus, quam ut putemus sola naturali di-
spositione id contingere. Omnia ornatissime sunt for-
mata. Si quis illa spectet, inueniet in arcu propter re-
splendentia

splendentiam solis & raritatem nubium serenitatis spem adesse, & propterea non esse timendum à diluvio cum iris apparuerit. Cum igitur arcus cœlestis in hūc usum sit formatus, bonam spem habeamus, & non contemnamus illud signum &c.

Recordabor.) Scimus deo omnia esse præsentia, tamē scripture hic & alibi dicit, Memor est deus. Multas pluias interim dominus dat, quæ sunt signum benevolentiae dei. Nos enim in eius recordationem per illud induci debemus. Videtis quoties repetijt, aquas super terram non uenturas. Consolatio magna est fideli homini, et si multæ tribulationes et afflictiones in mundo sint, tamen si conciliatus est deo, nihil ei nocebunt. Vult discere dominus: Fœdus illud sit certissimum signum meæ erga uos benevolentiae. Iam ex hoc fœdere cognoscemus longe aliud sacratius fœdus, quod misso spiritu sancto in corda nostra sancitum est, quod seruabit nos ab quis diluuij, id est, ab æterna morte & damnatione.

LECTIO.

Erant autem filij Noah, egredientes de arca, Sem, Ham, & Iaphet: & Ham quidem pater est Chnaan.

Tres isti sunt filij Noah, & ab eis respersa est uniuersa terra,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Benedixit deus Noah, & posteritatem illi promisit ea
benedictione, quæ impleta est in tribus illis filijs, ex
quibus totus orbis terrarum hominibus impletus est.
Noah non legimus alios filios genuisse: et si genuit, ta-
men posteritas eorum non cōmemoratur, & nobis est
quasi nullos genuisset: sed solum de illis tribus testatur
scriptura, qui impleuerūt uniuersum orbem. Videmus
certam quandam humani generis originem. Ne pute-
mus res temere ita ferri, uel fato, uel constellationibus
exordium habere humanum genus, uel fuisse ab æters-
no homines, ut gentes desipuerunt. Postea ex filijs ipso-
rum, qui nam duces ex singulis regionibus, & nomina
regum habebitis. Ham medius in ordine hic describi-
tur, qui est pater Chnaan. Quare non dicit Moses,
Qui Sem, & Iaphet? Verum erat infamatus Ham
propter peccatum suum, & maledictio in Chnaan, quia
ob id nomen Chnaan hic scribitur. Postea ex suppua-
tione annorum licebit uidere Ham genuisse Chnaan
in ipsa diluuij tempestate: adeò infrenis libidinis homo
fuit, ut etiam nomen Ham uideatur tale quiddam præ-
stare, ut Chrysostomus annotauit. Non mouit illū tan-
ta tempestas & excidium humani generis, immo maledi-
ctus ille in medijs turbinibus: cum omnes gemitent, ille
operam dedit proli. Iterum habebimus uarias genera-
tiones, duas præsertim: unam bonorum, alteram malo-

rum & maledictorum. Bonorum in Sem & Iaphet ui-
debimus. Maledictorum in Ham, qui non habuit reue-
rentiam patris sui: ideoq; & libertatem amisit, & ser-
uitui factus est obnoxius.

Respersa est.) In toto orbe dissipata, & in uarias
partes distributum est genus humanum. Non quod in-
digenæ fuerint Aegyptij & Chaldaei uel Scythæ, qui
multa in scriptis suis fabulosa de se iactant &c.

Cœpitq; Noah esse uir (cultor) ter-
ræ, & plantauit uineam.

Præceptum erat Adæ, ut in sudore uultus sui uesce-
retur pane. Innocentissima ratio uiuendi operari terrâ,
& inde frumenta, uinum & panem proferre. Noah
proinde cum uideret terram corruptâ esse ex diluvio,
magis operam dedit labori. Sunt qui dixerunt ante dilu-
uium uites absq; omni labore creuisse, ut aliæ arbores,
postea opus habuisse humana cura. Hoc tanquam in-
certū relinquo. Non cōtentus est Noah colere terram,
sed & uineas plantauit. Hicq; discimus, non esse nos ad
ocia natos, sed ut proximis simus utiles, prout cuiq;
deus ingenium dedit. Alij laboribus ualent, alijs inge-
nio, ut sunt uarie dotes. Panem suum nemo cum ias-
tura proximi manducet. Paulus dicit: Qui non labo-
rat, non comedet. Philo & alij qui allegorijs magis de-
dui sunt, aliam agriculturam uirtutum & scientiarum

ENARRAT. IOAN. OECOL.

ponunt, sed nos ea relinquimus quasi parum per scripturam commendata. V inum res quidem per se bona est, sed abutentibus in perniciem & damnum cedit.

Et bibens de uino ineberiatus est, atque discoopertus intra tabernaculum suum.

Iterum nobis scriptura proponit statim ab initio uitiatam esse humanam naturam, & quam proclives ad malum simus ostendit, ut uideamus nobis opus esse summa custodia, praesertim ut sensus nostros bene modere-
mur. Quis uirtutes beati patriarchæ Noah satis com-
memoraret, tot annos crucem ferentis? Is tamen labi-
tur. Neq; excusemus illum, neq; aggrauemus peccatum
eius ualde. Neq; ebriosus fuit, sed per infirmitatem na-
ture lapsus est. Nesciuit uirtutem uini. Aliqui eius fa-
ctum uolunt honestare. Et fieri potest quod post ma-
gnam tristitiam liberalius biberit. Ita per ignauiam mul-
ta nobis accidere uidemus. Sed quantum malum sit eb-
rietas, unico uerbo indicat.

Discoopertus.) Nam postquam ratio hominis ab-
sorpta est uino, quid iam humani reliquum est in homi-
ne? Non pudoris ratio &c. Iam non erubescet, iace-
bat nudus, quia uictus à uino. Nullus magna alioqui pe-
cunia donatus, sic incederet, tamen ebrijs hoc leuisimū
est. Ita etiam bono uiro Noah hoc accidit, ut pateretur
hanc

hanc iacturam. Nimirum deus ad humiliationem eius
hoc fecit. Ita & Petrus lapsus est, ut disceret alijs con-
donare peccata sua. Condonemus & nos mutuum frā-
ter fratri. In summa, ubi priuati ratione sumus, nihil sa-
tis tutum est. Nemo etiam uitia ebrietatis satis nomina-
re potest. Basiliū legite & Plinium, qui multa de hoc
uitio annotarunt. Dominus igitur uoluit humanum ge-
nus admonere, ut caueret ab ebrietate. Permissum est
ut bibamus uinum. Neq; peccatum est bibere uinum,
quod illa dæmoniaca doctrina prohibet. Hodie quibus-
dam non uidetur ebrietas peccatum, sed comedisse car-
nem diebus prohibitis, uix expiabile est. Valeant hi.

Et uidens Ham pater Chnaan nudi-
tatem patris sui, indicauit duobus fratribus suis foras,

Vidimus peccatum patris, quod tenue admodum
erat: sed Ham homo irrisor, qui neq; parentem digno
honore habet. Officium eius fuisse nuditatem patris te-
gere: nam hæc lex hominum mentibus insita est, nem-
pe parentes honorare. Quia autem reprobis erat, pa-
trem non magnificiebat. Iterum dicit Ham patrem
Chnaan: potuisset simpliciter dicere Ham. Cogitare de
bebatur, quo honore à filio suo uelit haberri. Indicauit fratribus suis nuditatem patris cum sannis & scommatis:
patrem delirum & ebrium nimirum dixit. Illa omnino

ENARRAT. IOAN. OECOL.
dedecebant filium, & grauiſſimum peccatum erat co-
rā deo. Nam male gratus patri, eo quod ſaluatus eſſet
in arca propter patrem.

Et ſumpto Sem atq; Iaphet ueritatem
to, posuerunt illud duo ipſi in humerū,
& accedētes retrorſum operuerūt de-
nudata uerenda patris ſui, auerſis ſcili-
cet faciebus eorum, ne uiderent puden-
da patris ſui.

Videtis nunc generationes uariari, ut initio de Ha-
bele & Cain audistis. Habel iustus, pius, innocens &
ſimplex erat: Cain aut̄ iniustus, impius, malus & per-
uersus. Ita hi duo fratres boni ſunt, Sem & Iaphet,
unus autem malus. Hi duo typum gerunt populorum
Iudeorum & Gentium. Boni erant, & ſtudioſi erga
parentem, non ingrati, neq; oblectati ſunt in iſtis ludib-
rijs fratris. Ex quo diſcimus non adulari detracitoris
bus, & ijs qui in mala incident auxiliari debere. Potu-
iſſet ille patrem obtegere, ſed quia malus, non ſolum nō
fecit, ſed etiam alijs cum ludibrio illam nuditatē pa-
tris oſtendit. Illi autem celant, ne alijs pater fieret ridi-
culo. Hoc loco diſcamus, quod pleriq; annotant, ne fa-
cile patribus ſpiritibus, qui nos docent uiam iuſtitie,
quiq; quodammodo nos progenerant deo, ſi peccarint
per infirmitatem, que omnibus hominibus agnata eſt,

temere reprehendendo detrahamus, uel etiā conuicia
in illos iaceamus: non minus enim peccatum est, quam
peccatum Hām. Nihilominus non præcipitur nobis, ut
connueamus ad graues illorum errores, per quos dam-
nari possemus: quemadmodum multa dogmata per ali-
quot secula iam docta sunt, non sine pernicie anima-
rum. Sunt etiam qui uolunt dehortari nos, quasi ad illo-
rum errores sit omnino tacendum, sed hoc cederet ipsis
in iacturam & damnū, & gloriā dei obscuraret. Agno-
scemus illos etiam esse homines, igitur errores eorum,
si in quos incidissent, refellamus, et si fieri potest, illorū
misereamur. Porro ubi utilitas totius ecclesiæ periclitat-
tur, tunc non amplius locus tacendi, sed admonendi,
tempestive & intempestive. Illi tunc non sunt patres,
si peccatis uarijs inuoluuntur, & nolunt resipiscere ad-
moniti. Neq; curemus illos, qui torquent hunc locum,
ut maxima offendicula episcoporum celentur. Quod
autē dicit, auersis faciebus, significat fratres illos non
condelectatos fuisse hoc spectaculo.

Et euigilauit Noah à uino suo, & co-
gnouit quæ fecerat ei filius suus minor.

Resipuit à uino. Iam filius minor dicitur, suprā me-
dius, non sine mysterio. Et quia tam grauter peccauit
in patrem, fit omnium minimus, & omnium contem-
plissimus. Digna pena illius, qui patrem ut decuit, nō

ENARRAT. IOAN. OECOL.

honorauit. Ita si patrem cœlestem nos nō audiuerimus,
haud mirum si pereat omnis nostra autoritas.

Et ait, maledictus Chnaan, seruus ser
uorum erit fratribus suis.

Maledictio hæc prophetia est potius, quam ultioris
uiditas. Nec affligitur Ham in sua persona, sed in fi
lio. Hocq; grauius, quam si in sua persona sic condam
natus fuisset. Nam Chnaan successorus erat illi, in quo
nullam gloriam sperare licebat. Etiā posteritas Chna
an seruus seruorum fratribus suis facta est. Legimus fua
isse gentem supra modū maledictam, quam deus excin
d fecit, & in terram Israël, quam illi occuparant, col
locauit alios, postquam impletæ fuerunt iniquitates eo
rum. Sæpe etiam parentes in filijs suis corripiuntur in
istis externis: sed ad æternū cruciatum feret quisq; suā
pœnam. In diluvio seruatus fuit Ham & liberatus, sed
quia libidinosus homo & contemptor patris sui, ideo
omnis etiā eius posteritas male audit in scriptura. Ori
go hic seruitutis est. Et duplicem seruitutē inuenimus.
Seruunt boni, seruunt & mali. Ex peccato processit
tyrannicum dominium. Nimroth robustus uenator, is
sua fortitudine & tyrannide multos rediget in seruitu
tem. Erant etiam tunc domini, quando nulli tyrannidē
occuparant. Nam Adam & Noah dominabantur in
suos, & imperium habebant, & illi ut filij libere obe
dicabant.

diebant. Talis aut̄ modus fuisset regendi homines, nisi peccatum praevalueret: sicq; propter peccatum inuenita est seruitus.

Dixitq; Benedictus dominus deus Sem, & erit Chnaan illi in seruum.

Dilatabit deus Iaphet, habitabitq; in tabernaculis Sem, & erit Chnaan ieruuus illorum.

Quemadmodum generatio impiorum in Ham maledictitur, sic generatio iustorum in Sem & Iapheth benedicitur. Habebit dominū propitium, ita ut alij ei serviant, quia in honore habuit parentem suum. In lege, benedictio datur ijs, qui parentes honorant. Videte quā in decalogo promissionem, p̄e alijs p̄ceptis honor parentū habeat. Etiam Paulus nonnihil de hac promissione in suis epistolis adducit. Alludit autem in nomine Iaphet à dilatatione, ut progenies illa debeat dilatari. Ipse enim occupauit insulas. Ex Sem gens Iudeorū uenit, et multi alij. Sed maior pars ex Iaphet, ut gentes: & quae in nostris nationibus sunt, euā ex Iapheth processerunt. Charitas etiam commendatur nobis in duobus illis fratribus. Dicit Noah: Vos qui honorastis patrem, habitabitis simul. Et ita prefiguratur ecclesia. Populus gentium in tabernaculis Sem habitabit, qui inquam populus religionem amplexus est, Christo ad-

E N A R R A T . I O A N . O E C O L .
ueniente. Impij nolint uelint seruiunt bonis, & promo-
uent illos ad meliorem uitam. Quæcunq; mala pij accé-
piunt, ea illis cedunt in bonum.

Vixit autem Noah post diluvium,
trecentis annis & quinquaginta annis.

Fueruntq; omnes dies Noah , non-
genti anni , & quinquaginta anni , &
mortuus est.

Vixit Noah usq; ad constructionem turris Babel,
ut postea audietis. Ita erat adhuc legislator, præco iusti-
tiae, suam posteritatem admonebat, regiones circumi-
bat, & adhortabatur omnes, ut deum colerent. Quos-
dam etiam ex filijs suis instituit, ut mūdus semper suos
doctores haberet, ne posset ignorantia suā prætexere.

L E C T I O .

IN hoc capite primo discimus, 'quomodo à filijs
Noah tota terra hominibus impleta fuerit, & quo
modo gentes in uniuersam terram sunt diuisæ. Si non
perijssent aliqua nomina gentium, uel per frequētia bel-
la, uel alijs rebus, possemus etiam hodie maximam par-
tem gentium cognoscere. Sed illæ gentes, quæ plurimū
distant à Hierusalem , cum quibus non conuersati sunt
prophetæ, non tam diligenter descriptæ sunt, quemad-
modum uicinae : neq; enim ita cognosci poterant remo-
tissime gentes. Sed ex illis satis licet cognoscere, quo-
modo

modo humanum genus ad alias nationes peruenierit. Erit autem obseruandum principio ubi arca Noah rese-
federit, nempe in montibus Armenie. Iosephus exte-
ros citat testes, quod non negligendum est. Deinde no-
tandum quomodo paulatim populus coepit increse-
re. Nati enim sunt multi populi ex filiis Noah. Nobis
liſſimi fluuij in Armenia, Euphrates, Tygris, & alij
amnes, & est regio maxime fertilis, ubi habitarunt. Po-
stea ubi magnus numerus eorum factus est (primogeni-
tis semper seruata fuit sua dignitas) isti primogeniti,
tanquam principes & duces, ducebant illos sibi subdi-
tos in uarias regiones. Vnde ubi legitis haec nomina,
Mosen intelligite assignare gentes suainitia habuisse
ab illis. Neq; ante diluvium Noah alios filios habuit,
alias cum illis ingressi essent in arcam. Vel si habuit, non
digni erant ut seruarentur cum parentibus suis. Bene
hic assignantur tres filij. Videbitis enim iuxta tres illos
mundum in tres partes diuisum, & unicuique filiorum
tertiam partem terrae concessam esse. Iapheth occiden-
talem & septentrionalem occupauit partem, ut audi-
tis. Ham ab Armenia regionem meridionalem acquisi-
suit, & etiam ad occidentem, quod ex ipsis apparet no-
minibus. Sem orientale occupauit partem. Et ita mun-
dus diuisus est in tres partes. In mappa ad oculum mon-
strantur ea. Scialis autem nomina illa ferè in historijs

ENARRAT. IOAN. OECOL.

excidisse. Hoc seruare ante omnia quod in Armenia incepit diuisio. Oriens ceſſit primogenito, Ham meridionalis regio, & Iapheth occidentalis. Incipit igitur à Iapheth.

C A P V T X.



Ae sunt generationes filiorum Noah, Sem, Ham, & Iapheth, natīq̄ sūt illis filij post diluvium.

Filiū Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, Mæſech atq̄ Thiras.

Filiū uero Gomer: Askenaz, & Riphath, & Thogarma.

Filiū uero Iauan: Elisa, & Tharsis, Kitthim, & Dodanim.

Ab istis diuisæ sunt insulæ gentium in terris suis, unusquisq; iuxta linguam suam, & iuxta familias suas in nationibus suis.

Hæc est una pars, & regio Iapheth, quā occupauit cum suis primogenitis et nepotibus. Primo est Gomer. Sed uelim uos in memoria habere mare Euxinum, uersus occidentem, Galate ad meridiem, Cappadoces ad orientē.

orientem. Videte filios Gomer. Sub Galatis sunt Paph
 lagones, quos uocat Riphath, uel Riphæos. Askenaz,
 quamuis hodie Hebrei sic uocet Germanos, sunt apud
 Iosephum Rhægini dicti. Porio Galatarum Bythinij.
 Neq; mirum, nam Galatæ in Germaniam concesserūt,
 & Galli Brenno duce iterum in Galatiam uenerunt. Is
 tractus est circa mare Euxinum. Deinde Magog, quos
 Scythes esse dicunt. Illos inueniemus ultra mare Euxi
 num, & ultra Hircanū uersus septentrionem. Deinde
 & Madai, qui à Græcis Medi uocantur. Sæpe occur
 runt ista nomina, ideo diligenter obseruanda sunt. Ia
 uan, illi sunt uersus orientem, ultra mare Euxinum,
 ultra Persas, modo pertingant ad Septentrionē, Iones
 à Græcis generali nomine uocantur. Thubal, Iberes
 sunt, & olim Italia Iberia dicta est. Iam autem dicunt
 Iberiam Hispaniam. Mæsech uersus occidentem à late
 re habens Gomer, nūc Cappadoces nuncupantur. Thi
 ras Thracian designat: pars est Thraciæ iuxta Helle
 stontum. Hi sunt præcipui filij Iapheth, ex quibus li
 cet uidere maximas regiones: nam præcipuos solum
 filios habetis hic nominatos. Neq; filij Thubal, neque
 Mæsech &c. nominati sunt. Per Iauan nos Græcos &
 Aeoles intelligimus, Tharsenses & Cilices. E regione
 Ciliciæ Cyprus. Rhodon pro Dodonim, Daled pro
 Res: uel nomen illud mutatum est ab alijs gentibus. Dicit

ENARRAT. IOAN. OECOL.

igitur ab ijs & has regiones esse occupatas. Per mare mediterraneum multæ insulæ sunt: neq; est tam continens terra, ut uersus orientem. Hæc hæreditas & pars Iapheth. Et habetis Asiam, Scythiam, Græciam, Italiam, quæ regiones nobis per illas gentes significantur.

Filij uero Ham: Cusch & Mizraim, & Phut, atq; Chnaan.

Et filij Cusch: Seba & Hauilah, & Sabtha, & Rahma, & Sabihecha: filij autem Rahma: Scheba & Dedan.

Proinde Cusch genuit Nimrod: ipse cœpit esse fortis in terra.

Nam fuit fortis uenator coram domino, quapropter dicitur: quasi Nimrod fortis uenator coram domino.

Fuit autē principium regni illius Babel, & Erech, & Accad, atq; Calne, in terra Sinhar.

De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Nineue, & plateas ciuitatis & Calah.

Sed & Resen, inter Nineue & inter Calah, & est ciuitas magna.

Porrò Mizraim genuit Ludim & Enamim

Enamim & Lechabim, & Naphtuhim.

Pathrusim quoq; & Casluhim, è quibus egressi sùt Pelistim & Caphthorim.

Chnaan autem genuit Zidon primo genitum suum, & Heth.

Itemq; Haiebusi & Haemori, & Haigragasi.

Hahui quoq; & Haarki, & Hassini.

Sed & Haaruadi & Hazmari & Ha-hæmathi; & postea dissipatae sunt fami-liae Chnaaneæ.

Fuit autem terminus Hackenaeni à Zidon ueniente te in Gerar usq; ad Gagan, & eunte te in Sedomā & Aemor-rā, & Adma, & Zeboijm usq; ad Lesa.

Secundus filius Noah fuit Ham. Is meridionalem regionem occupauit, qui ab Armenia uersus meridiem misit suos filios. Cusch est Aethiopia, & in sacris literis frequens nomen. Mizraijm est Aegyptus. Phut, Mauritania est: alij Libyam, uel partem Libyæ esse dicunt. Chnaan regio terræ Iudææ. Istæ omnes regiones sitæ sunt uersus meridiem & occidentem. Illi quatuor filij præcipui Ham, genuerunt etiam suos, qui fuerunt nepotes Ham. Si uolumus ea iuxta literam intelli-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

gere, quod scriuunt fratribus suis, nescio an textus hoc indicet: quia maior potentia apud illos, quam apud duos illorum fratres. Filius Cusch, Seba. Alia regio est si per samech scribitur, et alia si per schin. Una regio uersus occidentem pergit, alia uersus orientem. Una in Arabia, altera uersus Libyam & ultra Aegyptum. Haui lab sunt Getuli. Etiam de alijs legimus, qui sunt Iudei, ubi aurum est, de illis autem postea mentio erit. Sabtha tertius filius erit Cusch, & alijs subsequentes, omnes ad Aethiopiam & partem Aphricæ pertinent. Scheba sunt Troglodytæ Arabiæ felicis. Hic etiam Dedan Arabes sunt: supra Dodonan Rhodij.

Nimroth.) Ille nominatur Gigas à multitudine iurium; robustus in terra fuit, & cœpit esse tyrannus, subegit alios suo imperio. Et ille manifeste repugnauit uerbo dei. Debuit seruire, quia ex Ham erat, sed ille neglecta omni iustitia cœpit imperare. Potens oppressor fuit puperum, uiduarum & pupillorum, qui nihil tale expectabant & timebant. Venabatur feras, et eandem ferociam exercebat deinde in homines. Quod dicit coram domino, est in facie domini, neglecto domino: quia dominus convarium præceperat, & dominium non ad Ham pertinebat, sed ad fratres suos. Proverbialiter dicitur, Quasi Nimroth fortis uenator cora domino, in tyran nos impios, qui neque deū neque homines curat, ut nos

ut nos Mezentios possumus appellare à Mezentio, qui
in signis oppressor & tyrannus fuit piorum omnium.
Babel, nimirum principalis ciuitas regni illius. Sinhar
in tractu Euphratis est, unde cœpere populi mouere.
Ita in Daniele etiam legimus, quod captus populus pri-
mum moueri cœpit in uarias terras. In antiquissimis hi-
storijs legimus Aethiopes usq; ad Scythas regnum suū
habuisse. Et apud Diodorum Siculum non pauca inue-
nietis, quod antiquissimum imperium illorum fuerit.
Assur. Non ille Assur ædificauit Nineue, ut apud Ionā
apparet, ubi sedes regum Assyriorum. Etiam pleræq;
ciuitates ad tempora Esiae prophetæ permanescere, &
usq; ad tempus Nabuchodonosor. Sennacherib etiam
gloriatur se has ciuitates cepisse. Et iuxta Euphratem
fluum hæ ciuitates sitæ sunt. Certissimum est Mizra
ïm parentem esse Aegyptiorum. Hoc nomen Ludim
incertum est quibus congruat: hæ enim gentes sunt fi-
nitimæ Aegyptijs. Pathrusini in Arabia petrea. Pelis-
sim maritima occuparunt in terra Chananea. Caph-
thorim remotiores sunt, Pelislim propinquiores quinq;
ciuitatibus, Gaza, Akkaron &c. Hæcq; generatio Mi-
zraïm. Et ponit multa nomina eorum, qui regionem
illam occuparunt. Zidon in extremis finibus. Inde Sy-
donij antiquissimi populi fuerunt Phœniciaæ regionis.
Nam hoc nomen in hunc usq; diem durat. Heth &

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Habebus &c. illæ septem gentes extinctæ sunt. Habetur
si circa Hierusalem habitarunt. Haeret iuxta Da-
mascum. Hahemathi Antiochiae sedem quæsuerunt.
A Cilicia & à Libano monte & Antelibano usque in
Aegyptum terra fuit Chananeorum. Gaza in ultimis
finibus Palæstinæ sita est. Sedomam & aliæ ciuitates
hic nominatae incendio mersæ sunt: lacum Asphaltum
attingunt & mare salsum. Ita habetis duas partes ter-
ræ & populosissimas terras. Nunc de tertio filio pri-
mogenito sequitur.

Ipsi quoque Sem nati sunt (filij) patri
omnium filiorum Eber , fratri Iapheth
maiori.

Filij Sem, Elam, & Assur, Arpach-
sad, & Ludatque Aram.

Filij uero Aram, Vz & Hul, Gether
& Mas.

Porro Arpachsad genuit Sælah: &
Sælah genuit Eber.

Eber quoque nati sunt duo filii, nomē
unius Peleg: nam in diebus eius diuisa
est terra, & nomen fratris eius Ioctan.

Ioctan autem genuit Almodad & Sa-
leph; Hazarmaueth & Iærah.

Sed

Sed & Hadorā & Vzalatç Dickla.
Obal quoç & Abimaël & Scheba.
Item Ophir & Hauila & Iobab: om-
nes isti filij loctan.

Et erat habitatio illorum à Mesa, per
gente te in Sophar montem orientis.

Isti sunt filij Sem secundum familias
suas & linguas suas, in terris & nationi-
bus suis.

Hæ itacç sunt familiæ filiorum Noah
iuxta generationes suas in populis suis
& ab illis diuisæ sunt gentes in terra
post diluuium.

Iterum ponit cognitionem inter filios Sem & Ia-
pheth, sicut suprà, ut exquiratur maledicta illa natio,
que populo dei aduersa est. Ab Elam Elamitæ uene-
rūt, Persæ, Parthi & Susiani. Assur, sunt Assyrii iu-
xta Mesopotamiam, & iuxta Euphratem & Tigrim
sicut suprà dixi. Arpachsad iuxta Babylonem habita-
uit, qui nunc Chaldæi uocantur. Lud nunc Libya, ubi
Crœsus habitauit. Aram uocat Syriam. Et duplex est
Aram. Vz regio Traconitidis circa Libanum. Hul Ar-
meniā, & Gæther Bactrianos dicunt esse. Mas Myſiā
putant uel Mesaneos. Aliæ regiones nobis non cognos-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

biles, neq; scriptura illas indicat. Satis ex ijs cognoscimus, quomodo filij Noah diuisi sint in totam terram. Eber à transeundo, à quo Iudeos Hebræos uocauerūt. Orientales regiones illæ Ioctan &c. quæ maxime sunt in India: & sic filij Sem nobilissimam terram occuparunt. Qui ea copiosius uidere uoleat, Iosephū legat lib. Antiquit. Iudaic. 1. cap. 12. & 13. Hi igitur filij Noah fuerunt uarijs modis diuisi, ideo ne dicas indigenas fuisse. Quidam putant quod ante diluvium populi non occupauerint totam terram, sed postea diuisos fuisse.

C A P V T. XI.



Vdiuimus heri, quomodo totus orbis terrarum discretus sit à posteritate trium filiorum Noah. Nunc docet Moses, qua occasione dispersi fuerint. Residerunt principio aliquot annos donec multiplicati sunt iuxta montes Armeniæ. Et inde per eam regionem habitaerunt aliquandiu magna cum felicitate et concordia, nimirum adhuc regnante Noah. Nam paucis annis ante confusionem linguarum, uel eodem tempore uiuebat Noah, quem pleriq; suspiciebant. Non enim erant tam impij adhuc, sicut illi qui ante diluvium fuerant, neq; tam grauia peccata de eis legimus, quamvis etiā mox cœperint præualere iniquitates apud illos. Sequitur igitur.

Fuit

Fuit autem uniuersa terra labij unius
& uerborum eorundem.

Eiusdem idiomatis erant omnes. Labium hebræi dicunt, quod nos linguam. Nulla linguarum distinctio apud illos erat, nulla talis separatio hominum. Sed ut alia mala, ita etiam hoc quoq; propter peccata hominum uenit in mundum. Multum ualet concordia sermonis, si conspiraremus in boni. Iterum si in malum coniurauerimus, multum etiam nocimenti habet. Et ubi homines se mutuum intelligunt, et eodē idiomate loquuntur, nihil non ibi boni expectandum est. Iterum uideamus signum diuinæ misericordiæ esse, quod auferit ea à nobis, quibus abuti solemus. Certū si bene uteremur domini dei, multa commoda afferrent. Vnus sermo adhuc, & una lingua, eamq; dicunt fuisse Hebræam. Nam nomina que ante diluvium instituta fuere, Hebræa sunt: unde certa cōiectura est linguā illam fuisse Hebræam: quia tunc omnes una eademq; lingua loquebantur, & populus nondum sic dispersus erat, et si multa millia eorum essent. Neq; in tam paruo angulo diutius tot millia hominum potuerunt uiuere.

Et factum est cum proficiscerentur ab oriente, inuenierunt planiciem in terra Sinhar, manseruntq; ibi.

Profecti sunt ab Armenia, & his locis, ubi primum confederant

ENARRAT. IOAN. OECOL.

concederant ab oriente, inuenierunt planiciem in Meso potamia iuxta Babyloniam, ubi flumina plurima erant et maior ubertas. Sinhar nomen uolunt inditum, quod inde fuerint excusci & moti.

Et dixerunt unusquisque ad proximam suum: Eya paremus lateres & aduramus in adustionem: fuitque illis later pro lapide, & bitumen habuerunt pro cimento.

Ex quo amus incendio lateres: sic enim lateres coqui solent. Hic inuenietis magnum peccatum populi illius gentis. Studium uane gloriae non est censendum inter minima peccata. Sic enim solet fieri, ut nostram gloriam diuinam preponamus, & quasi expulso deo illius locum inuadere cupiamus, dum nos honorari uolumus, ut cuncti agatur de gloria dei. Id omnibus mancipijs glorie insitum est, ut nihil magis ducat quam nomen inane. Hoc sapit gentilitatem, & plerique inter Romanos fortissimi, euaserunt gloriofissimi &c. Omnes illi cupierunt glorificari ab hominibus, cum uera gloria a domino sit. Vera opera facienda sunt, quae ideo bona dici debent, quia domino placent. Neque una regio tam numerosos populos potuit alere. Et quia uidebant futurum, ut in omnem orbem diuiderentur, memoriam sibi relinquere uoluerunt. Rescripsit Philo quod nomina sua letib[us] inscriperint, ut posteritati essent cognobiles.

Ita & Saul à regno suo excidit, cum triumphales fornices extrueret, quibus etiam ipse celebrari cupiebat. Præterea aliud peccatum hic apparet, quod ferè uanā gloriā comitatatur: fiduciam in uiribus suis posuerunt, et non in solum deum. Proinde ciuitatem munitam extrahunt, & magnitudine inenarrabili. Hæc erant peccata, quæ reuera plurimum displicebant deo. Vix absq; magna oppressione pauperum & innocentum, hoc ædificium surgebat. Nimroth & similes nimirum tyranni, operam exigeabant ab alijs infirmioribus.

Eya paremus.) Sint lapides solidiores & firmiores. Nam Assyriorum terra saxis non abundat, alias ferrax, & inditum est boni soli. Historici dicunt iuxta flu men Euphraten fontem magnum esse qui bitumen profert, unde etiam lateres bituminare solent, & parare ad ædificia, ex quibus ciuitates extruunt. Nam licet eis deessent saxa, usi tamen sunt lateribus, quos facillime poterant parare. Neq; mirum tantum ædificium illos construxisse, cum tantus numerus populi esset. Aderat enim lutum, limus, bitumen, &c.

Dixeruntq; age, ædificemus nobis ciuitatē & turrim, cuius caput (tendat) in cœlum, & faciamus nobis nomen, ne forte dispergamur in superficie uniuersæ terræ.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Hyperbolicus hic est sermo: uolunt dicere, in sublimem partem aëris ædificemus. Ne quis aliquid hic pueriliter imaginetur, quasi tam stulti fuerint, ut putauerint hoc ædificio deum expellere posse. Nequaquam tam stolidi ingenia his temporibus fuere. Sed mos est Hebreorū ita loqui de rebus magnificis, qui eam partem aëris cœlum dicere solent.

Nomen.) Videlis hic causam abominabile. Hæc felicitas huius seculi, habere clarum nomen: id etiā philosophi in magno precio habuere, qui maluerunt dici boni, quam esse. Christianorum est esse bonos, etiam si ab hominibus nō laudentur. Dicit: Sit nobis quædā memoria, unaquæqueq; tribus ædificet ut excellat illo ædificio. Hucusq; de peccato & flagitio eorū, qui ea tempestate uiuebant. Exteræ historiæ miram amplitudinem Babylonis describunt. Quamuis alios fundatores eius dicant, nempe Ninum uel Semiramidem. Fieri potest, ut que olim magnifice incepta sunt, ab illis instaurata esse: sicut etiam in posterioribus temporibus cum destructa esset Babylon, tamen ab alijs restaurata. Herodotus scribit de maxima altitudine illius turris, ita ut uix inueniat etiam fidem. Certum est fuisse admirabile ædificium in eo loco. Voluit igitur deus huic malo mederi, & totum humanum genus erudire, ut ab huiusmodi stultis cœptis desisteret, & ueram uirtutē quaereret, adducens

adducens grauiſſimam plagam. Non paruum impedi-
mentum adſert toto humano generi, quod non poſſu-
mus æterna confuctudine mutuum uti. Nam barbari
barbaris blandimento ſunt, nos noſtris. Et uix multis
annis unam linguaſ addiſcimus. Interim merces & a-
lia quæ facillime ad nos poſſent uenire, uix poſſunt ac-
quiri propter linguaſ. Quia uidemus etiam tyrannica
ingenia ſic linguis coherceri, ut flumina repagulis, ne
gentem innocentem ſuo loco pellant. Voluit deus hoc
iudicium mutatæ lingue & uariorum idiomatum da-
re humano generi, in detestationem ſue ſuperbiæ. Et
antequā deus incipiat punire iſtos, humano more ex-
plorat, (ut moſ est scripturæ) qui nihil punit niſi prius
bene compertū ſit. Etiſi deo omnia maniſta ſint, neq;
ideo explorat quaſi nesciat: ſed ea ſpiritus sanctus po-
nit, ut diſcamus quomodo peccata ſint punienda. Et ſic
aliquo modo palam peccatum iſtud fit corau deo.

Descendit autem dominus, ut uide-
ret ciuitatem & turrim, quam ædifica-
bant filii hominum.

Et dixit dominus: Ecce populus eſt
unus, & labiū unum eſt omnibus eis,
& iſtud iſpi incipiunt facere, nec prohibe-
bit ab eis omne quod cogitauerint
facere.

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Sunt qui hunc uersum interrogatiue legunt, quod etiam ego approbo. Nonne prohibendi sunt? permitte mus ne homini, ut quantum uult progrediatur in suis peccatis? Ea enim sua insolentia, ut omnino progrediatur, nisi illum coercuerimus: & illud quod cogitauerint in malum sonat. Coperit iam facere. In malis solemus ferre progredi, nullo instigante, cum in bonis tardissimi simus.

Age descendamus & confundamus ibi labium ipsorum, ut non percipiat unusquisque labium proximi sui.

Dispersit itaque eos dominus ab illo loco in superficiem uniuersae terrae, & de stiterunt extruere ciuitatem.

Habetis hic pluralem numerum, & unus loquitur, unde ueteres trinitatis mysterium ex hoc loco colligunt. Neque opus fuit deo angelos in consilium adhibere, sed propter proprietates illas tres distinctas, quas in deo agnoscimus cum una simplicissima natura, dicunt plura liter hoc esse dictum. Quod autem illi dispersi sunt, id factum est uoluntate diuina, coactaque sunt abire. Quilibet dux collegit suam familiam, cum qua ad uarias terras iuicerunt. Alias, ut ferre fit, omnes tenet natalis soli amor, & propter id cōsedissent ibi, nisi diuina uoluntate ita dispositū fuisset, ut dispergerentur in omnem terrā.

Neque

Neg; tantam dei benevolentiam sensissent, si in uno loco hæsissent, qui ubiq; paratus est suos educare. Neg; cessasset ab ædificio illo, nisi sic afflicti à deo fuissent.

Et idcirco uocatum est nomen eius Babel, quia ibi confudit dominus labiū uniuersæ terræ, & inde dispersit eos dominus super faciem uniuersæ terræ.

Babel nomen confusionis est, eo quod confudit eos dominus. Et uere ciuitas confusionis est, ubi iniquitas prævaluerat, ubi dominabatur superbia &c. Hac igitur occasione coacti sunt abire, deo tamen duce. Sunt qui mirantur de ijs qui habitant in terris nuper inuenatis. Nec mirum, si hodie nauigio huiusmodi terræ inueniuntur. Antiquissimi patres astrorum periti fuerunt, & multas alias artes sciuerunt, que fortassis perditæ sunt ex incuria hominū, quæq; iam parari possunt: nā etiam multa alia inuenierunt: & patet uel solo isto ædificio Babylonico, quanti fuerint. Memores nos simus, quoties sermonem nostrum attendimus, quām pernicio fares sit peccatum. Etiam hoc aduertamus de his duabus ciuitatibus, Babel & Hierusalem. Babel confusio dicitur, & est ciuitas malorum & filiorum huius seculi. At Hierusalē ciuitas electorū & filiorum dei. Amor utrāq; construxit. In Babel laborauerunt mendaces, superbi & ingratii: in Hierusalem autem ueraces, hu-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

miles, & multi sancti. Et tantū de cōfusione linguarū. Iosephus allegat dictum Sibylle, quemadmodū etiam Lactantius: sed ea nō magni facimus. Satis sit quod certi simus de hac historia, & linguas uariatas esse singulare dei dispensatione, ut deum timeamus in omnibus.

LECTIO.

Hę sunt generationes Sem: Sem fuit filius centum annorum, & genuit Arpachfad, biennio post diluuium.

Vixitq; Sem postquam genuit Arpachfad, quingentis annis, & genuit filios & filias.

Arpachfad uero uixit trigintaquinq; annis, & genuit Sælah.

Et uixit Arpachfad postquam genuit Sælah, tribus annis & quadringentis annis, genuitq; filios & filias.

Porrò Sælah uixit triginta annis & genuit Eber.

Vixitq; Sælah postquā genuit Eber, tribus annis & quadringētis annis, & genuit filios & filias.

De genealogijs audistis nuper, quod non sint omnino cōtemnendae, neq; etiam superstitionis tractande.

Nam

Nam apostolus in epistola ad Timotheum negligere iubet genealogias, nempe quo modo contentiosi illas trahant. Hoc loco breuiter certitudinem temporum, & historie discere possumus, & quot anni fluxerunt a diluvio usque ad Abraham: deinde ab Abraham usq; ad exitum ex Aegypto, & destructionem ciuitatis Hierusalem. In hunc sermènus usum habemus adeò religiose positum numerum annorum, in quibus patriarchæ uixerunt. Deinde etiam hanc utilitatem audire licet, ut uideamus, quo ordine, & qua linea usque ad Christum ipsum perueniatur a primo Adam, usq; ad secundum Adam. Suprà auditis decem fuisse ab Adam usq; ad Noah, sub quo diluvium uenit. Ita nunc quoq; a Noah decem usq; ad Abraham inuenietis. Et denarius numerus non sine mysterio in illis inuenitur. Porro quod etiā illi annosiores fuerunt, singulare dei beneficium fuit, qui eos qui ad suam familiam pertinebant, aliquo singulari beneficio souebat. Hoc nimur etiam est quod Jacob dicit, se non peruenisse ad dies patrum suorum, & suos dies esse pessimos. Cetera obiter licet percurtere. Sem primogenitus Noah, ex qua prosapia Abraham, unde etiam Christus uenit. Relinquentur Ham & Iapheth. Ex Iapheth gentes, ex Ham Chananei uenerunt, qui erant exterminandi. Deinde duobus post diluvium annis genuit Sem filios, igitur ante diluvium

ENARRAT. IOAN. OECOL.

uum Sem non habuit prolem, alioqui et illa seruata fuisset in arca. Vel signum quod fuerint inobedientes, si habuit liberos, ideo etiam deleti sunt aquis diluuij. Seslah quartus est filius &c. De ijs nihil memorabile habet scriptura, praeterea non opus ut subsistamus in his nominibus. Eber commendatur in hoc, quod seruavit linguam suam cum lingue diuiderentur, unde Hebreæ lingua suum nomen retinuit.

Eber uero uixit trigintaquatuor annis, & genuit Pæleg.

Vixitq; Eber postquam genuit Pæleg, triginta annis & quadrin gentis annis, et genuit filios atq; filias.

Pæleg uero uixit triginta annis, et genuit Reu.

Et uixit Pæleg postquā genuit Reu nouē annis & ducentis annis, genuitq; filios et filias.

Porrò Reu uixit trigintaduobus annis, & genuit Serug.

Vixitq; Reu postquā genuit Serug, septem annis et ducentis annis, & genuit filios atq; filias.

Serug uero uixit triginta annis et genuit Nahor.

Vixitq;

Vixitq; Serug postquam genuit Nahor, ducentis annis, et genuit filios atq; filias.

De Pæleg etiam suprà audistis, & illo adhuc uiuo, cum haberet præ alijs nomen, et dux suæ familie esset, linguae sunt diuisæ. Vbi factum nouum diluvium propter peccata hominum. Philo in antiquitatibus Hebræorum annotat, non solū tunc Babylonios ædificasse turrim, sed fuisse etiā idolorum cultores, & ita in seruanda nominis sui immortalitate solū studuisse, & eos qui non imitarentur corū exemplum, persecutos, & quosdam tunc periclitatos fuisse. Pæleg ferè tempora Abram attigit, & multis annis uixit. Et tunc iterum deus, ubi omnes populos dispersit in terras, nouum sibi populum elegit in Abraham.

Et uixit Nahor uigintinouem annis & genuit Tærah.

Vixitq; Nahor postquā genuit Tærah, decem & nouem annis atq; centū annis, & genuit filios atq; filias.

Tærah uero uixit septuaginta annis & genuit Abram, Nahor atq; Haran.

Tærah iste pater fuit Abram patriarchæ, quæ quidam uolunt consensisse in peccatum idolatriæ. Certitudinem historiæ possumus ex certitudine annorū acci-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

De hac re pere, uel ex Olympiadibus, uel ex annis urbis conditae: copiosius in id etiam liquet ex Daniele, & alijs locis. Orosum hac annotatio = de re uidc. Tres illos fratres genuit Tærah: et si quidam nibus in Da dicunt impium fuisse, tamen scriptura nihil tale de illo nielem. affirmat, nisi quod manserit in Haran, & quod non comitatus sit filium Abrahā. Neq; scriptura definit, quare non secutus sit filium, an præsenio, uel malo corde. Etiam impij aliquando probos filios genuerunt, sed nō ex hominum ordinatione, sed dei dispositione.

Istæ itaq; sunt generationes Tærah: Tærah genuit Abram, Nahor & Haran, Haran uero genuit Lot.

Et mortuus est Haran in facie Tærah patris sui in terra nativitatis suæ, in Vr Chaldæorum.

Acceperunt autem Abram & Nahor sibi uxores, nomen uxoris Abram Sarai: & nomen uxoris Nahor, Milca, filia Haran patris Milca & patris Iisca.

Fuit autem Sarai sterilis, nec erat illi proles.

Ettulit Tærah Abram filium suum, & Lot filium Haran, filium filij sui, & Sarai nurū suam uxorem Abram filij sui; & egressi sunt pariter de Vr Chalæorum,

deorum, ut irent in terrā Chnaan, ueneruntq; usq; Charan, & habitauerūt ibi.

Fuerunt autem dies Tārah quinq; anni & ducenti anni, mortuusq; est Tārah in Charan.

Ille ante Abraham ponitur, qui tamen non erat primogenitus, qui mortuus est in conspectu patris, nimirū occidente eum domino, propter iniquitatem suam, ut postea de duobus filiis Iuda, quos deus etiam occidit, audietis. Bene autem obseruandi erunt tres illi. In Vr Chaldaeorum mortuus est, in terra impiorum. Dicunt locum fuisse quendam insignem Babylonie, ubi plurimum homines idolatriæ dediti fuerunt. Apud Hebreos mentio frequentissima est, Abraham illic proiec̄tum esse in caminum, & sic deinde ex Vr in Charan migrasse, postea ex Charan in terram Chananeorum. Vr ignem Hebreis significat, & ideo putarunt ignem fornacem fuisse. Sed ego nomen loci esse puto: inde sanctus dei diuino iussu separatus ab impijs ne inficeretur malorum contagione. Haran tamen iste mortuus est inter impios illos. Sarai semper cum Iod scribitur, sed postea auferetur Iod. Ita Abram sine He, sed postea illud uidebimus addi non sine mysterio. Etiam hoc tempore erat licitum, ut fratrum filiae acciperentur in uxores, quia nondum multiplicatum erat genus hu-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

manum: & singulari studio uolebat deus populū suum conseruare immaculatum ab alieno consortio, ne ad pārem impietatem alliceretur. Postea audietis quanta diligentia adiuret Abraham Damææk seruū, cap. 24.

Sterilis.) Longo iam tempore sterilis, quia deus non concedebat ei prolem: ut si miraculum recte spectetur, etiā mirabilis effectus dei magis cognoscatur. Erat enim deus per illam posteritatem maxima effecturus. Iuerunt igitur à Chnaan impiorum regione, in aliam ciuitatem, quo liberius deo possent uiuere. Venerunt usq; ad Charan. Principio iussio erat dei, ut uergerent uersus Chnaan, sed non omnes perfecerunt mandatum illud. Pater resedit illic. Sed Abraham reliquit parentes & omnia, & abiit iuxta dei præceptum. Alia est Charan, ubi Romanus exercitus duce Crasso perijt, neq; potuerunt ulterius signa Romana promouere. Et eo tempore quo illuc peruenit Abraham cum suis, non tam insignis locus erat, neq; tam frequens, ut postea factus est. In Actis Apostolorū etiam clare habetur, quōmodo de Vr Chaldeorum iuerint. Primo de Vr, secundo de Haran. Pater Abraham mansit illic, quod signum non plene obedientiæ fuit. Ideo & pater non commendatur. In Abraham fidei exemplum & aliarum uirtutum habebimus. Nam pulchre heros iste nobis describitur. Et iussio ista facta est ante mortem Haran.

CAPVT



T dixit dominus ad Abram:
Egressus de terra tua, & de
natione tua, atque de domo
patris tui, ad terrā quā ostens-
dam tibi.

Et faciam te in gentem magnam, &
benedicam tibi, & magnificabo nomē
tuum, ut sis benedictio.

Benedicam quoq; benedicentibus
tibi, & maledicenti tibi maledicam: &
benedicent in te omnes familiæ terræ.

Prima probatio est Abrahæ. Quamvis Hebrei pri-
mam dicūt fuisse in Ur Chaldæorū, deinde in Charan,
& iam secundam, que præceptum accipit dei, ut
relictis omnibus sequatur deum. Nolo de hac cum quo-
quam contendere. Idem præceptum etiam apostolis da-
tum est, ut relicts omnibus sequantur Christum: quod
& fecerunt. Abrahā uere pauper spiritu, & nihil tan-
charum habuit, quod non paratus sit relinquere, ne of-
fenderet deū. Non dicitur ei, in hunc locū demigra, sed
eo quō tibi eundū est, posthac mōstrabo. Alius incredu-
lus dixisset, ncmīnē noui, quis me alet, quis uestiet &c.
qualiter nos facimus, si ad terras longinquas imus, in

ENARRAT. IOAN. OE COL.

quibus nō sumus noti. Vbiq; deus est, qui alit suos ubiq;. Quocunq; iubet uerbum domini cedere, sponte & summa alacritate cedamus.

De natione.) Parum esset, nisi audisset, de natione tua, uel familia egredere. Relinquendus est parens et frater & socij periculorum, qui comitati fuerunt. Omnia sunt relinquenda, ut in psalmo 44. dicitur: Obluiscatur domum patris sui. Discantus totum mundum relinquere. Nihil tam preciosum nobis sit, quod non paratis simus relinquere propter gloriā nominis dei. Non dicit, ad terram Chanan corū uade, sed simpliciter, Va de. Per Christum maxime impleta est hæc benedictio, quæ data est Abrahæ. Quamuis multi populi, Ismaëli te, & uarie gentes, quæ omnes suam originem referunt in Abraham, deinde etiā duodecim tribus, tamen longe amplior benedictio est nimirū in Christo, per omnes familias terræ, qui parat nobis viam ad deum patrem, & æternam felicitatē. Manifeste in euangelio Matth. 8. habetis, quod multi ab oriente & occidente uenturi sunt, & accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum, & etiam illi pertinent ad benedictionem illam. Videmus interim quantas persecutiones passi sunt filij Abrahæ iuxta carnem, nihilominus impletur benedictio dei. Etiamsi nos hodie non uidemus mala, quæ hostibus imminent, tamen expectant gravissimam

uissimam pœnam. Dominus autē suis æternam uitam daturus est. Stephanus in Actis dicit, filios dei nō pedis unius uestigium possedisse super terram. Spirituales facile hic cognoscunt aliam benedictionem fidelibus esse datam, quam & expectant. Vnde bene dicitur: In te benedicentur omnes familiæ gentium.

LECTIO.

VIx habemus aliud tam memorabile exemplum, ut exemplum illud Abrahæ, cuius omnes filij esse cupimus. Demus igitur operam, ut uirtutes eius & fidem imitemur, qua sola ratione filij eius efficimur. Statim ab initio hic fides commendatur Abrahæ, quia admonitus uerbo dei libens obtēperauit, quamvis per difficile esset præceptum, quod ei precipiebatur. Cogitet quisq; quid sit relinquere suos, uersari in terra aliena, apud homines male moratos, impatientes religionis & ueritatis. Nisi adfuissest ei spiritus sanctus, omnino detrectasset illud præceptum.

Abiit itaq; Abrā sicut locutus erat ad eū dominus, & iuit secū Lot: fuitq; Abrā filius quīnq; annorū et septuaginta annorum dum egredere de Charan.

Videtis hic obedientiam. Nisi credidisset, nequaquam obtēperasset. Fide præbuit uerbo dei, quod præceptum erat: & duplicem promissionem habebat: una

ENARRAT. IOAN. OECOL.

carnalis erat, altera spiritualis, quia in semine eius bene dicenda erant omnes gentes. Hisce promissionibus animatus, sic sine omni murmuratione profectus est. Dilectus gentes autem Moses hunc numerū septuaginta quinque annorum assignat, partim ut cognoscamus eum iam multo tempore caruisse sobole & desiderantem fuisse prolis. Supradictum etiam signanter dixit, Sarah fuisse sterilem, & tot annis nihil procreasse, esse iam annos am. Nihilo minus promittitur ei semen. Non respexit autem, ut Apostolus testatur, etatem suam, etiam postea cum peruerterit ad centesimum annum, quanto minus iam cum sit septuaginta quinque annorum. Videlicet quanta patientia promissionem dei expectauit: non statim composuot sui fuit, sed post uigintiquinque annos, qui addendi sunt illis 75. & ita 100. anni resilunt. Igitur per tantum tempus probatus pius patriarcha de fide sua in deum. Et quamuis multi anni intercederent, non tamen dubitauit deum fideliter esse in promissis suis. Anni illi sunt obscurandi, de quibus Apostolus in epistola Galatarum & infra etiam, quibus inquam annis populus dei affligi debuit ab Aegyptiis. Iste autem numerus non incipiendus ab ingressu Iacob in Aegyptum, sed erit ab istis 75. annis incipiendum, ab illo inquam anno, quo promissio facta est: & ipse primus in Aegyptum iuit, & expertus infidelitatem impietatemque Aegyptiorum, quamvis deus

Aug. de ci-
uitate Dei
lib. 16. cap.
24.

mire

mire illum liberauerit. Abraham inter suæ tempestatis homines erat ueritatis amantissimus, & quocunq; res spexit, uidit populum ubiq; deditū superstitioni quam nō licebat dissimulare, proinde gloriā dei unius & uiri uindicauit, eamq; ob causam haud mirum est quum multa sit passus. In Deuteronomio habemus, quod Sy= Cap. 26.
rus non potuit patrē nostrum ferre Abraham, sed coge batur malitia populi hinc inde migrare, nemoq; peregrinum subleuabat. Hoc autem singulari consilio deus agit, ut optimi uiri uarias peregrinationes suscipere cogantur, ut per illos nomen dei magnificetur. Hoc uidesbitis multis in locis, in quibus Abraham altaria extruxit. Et alibi deus miracula operatus est, ut gētes cognoscerent deum. Deinde in peregrinatione Abrahæ discamus nos patientiam, qui peregrini sumus in hac terra, aliam ciuitatem expectantes.

Et tulit Abram Sarai uxorem suam, & Lot filium fratri sui, & omnem substantiam illorum, quam possiderunt, et animas quas fecerant in Charan: egressi sunt ut uenirent in terram Chnaan, & peruenierunt in terram Chnaan.

Transiuit uero Abram per terrā usq; ad locum Sichem, & usq; ad planiciem Moreh; & Chnaanegus tūc erat in terra,

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Non omnino nudus profectus est, sed quemadmodū populi orientales, qui cum uxoribus suis & pecoribus habitant in tabernaculis, quiq; omnem suam substantiam austrunt secum, uestes & aurū. Nam illa inueniuntur apud illas admodum diuites regiones, pascuis aptas. Et sic exercere deus uoluit Abrahamum. Non onerabant eum facultates suæ, quia non adiecerat animum. Si amicos reliquit, facilius & facultates reliquisset. Tamen deus has ei dedit, ne alijs esset onerosior, & ne quis de illo possit conqueri. Præterea ut uirtus eius conspicua fieret, miram hospitalitatem uidetis. Si egenus fuisset, non potuisset alios excipere.

Et animas.) Possimus animas etiā de iumentis intelligere, & nōnunquā etiā pro seruis & ancillis intelligitur hæc uox. Iosephus & alij exteri historici honorificē de Abrahā loquuntur, quasi de rege. Neq; uilis fuit homo, sed præcipuus inter illos, ut nostra ætate sunt Comites, uel alij nobiles, et pleriq; tunc temporis reges nomina bantur. Huc eum deduxit dominus, quia terra erat promissa. Et terra ista Chananæorum à pessimis hominibus possidebatur, unde postea omnes exitrundi, ubi impletæ iniquitates illorum fuerint. Necesse erat transire flumina, Euphratēm ex Mesopotamia, et Iordanē, unde & Hebræus dicebatur. Alij Salem uocant Sischem. Hieronymus fallē illustrē. Fieri potest quod illic fuerit

fuerit queretū amoenū. Sēpe per synecdochen multæ
quercus unius nomine uocantur, sic & quercus pro
quercento. Neq; parua res erat mitti in eam regionem,
ubi populus flagitosus erat. Exiuerat ex Vr Chaldaeo
rum propter malitiā hominum. Verum etiam Chanas
nei audire uerbum dei debebant, & consuetudinem et
cohabitationem sancti uiri perferre.

Et apparens dominus ipsi Abram,
dixit: Semini tuo dabo terram istam: &
ædificauit ibi altare domino, ubi uisus
fuerat illi.

Hoc erat creberimum, ut in continuis persecutio-
nibus & afflictionibus intermisceantur nonnullæ con-
solationes. Non enim permittit deus suos amplius ten-
tari quam ferre possint. Ita cum iam duram satis cru-
cem imposuissest humeris Abrahæ, illi apparet. Et erat
iam peregrinus, nimirum contemptus ab illo maledic-
to populo. Neq; solum illi apparet, sed etiam confor-
tat, dans promissionem quæ ei maxime grata erat. Pro-
misit enim semen, quamvis iam prouectæ ætatis esset:
Neque solum promittit semen, sed multiplicatum,
quod totam illam terram occupaturum sit: quod & fa-
ctum est cum ex Aegypto irent Iudei. Vult dicere do-
minus: Etsi populus iste parum tibi faueat nunc, & mi-
nus hospitalis sit, seras patienter, futurum est ut tua po-

ENARRAT. IOAN. OECOL.
steritas dominihetur in hac regione.

Et ædificauit.) In signum gratitudinis. Ita ubiq;
Abraham patriarcham studiosum gratitudinis fuisse
inuenimus. Et sic uidetur non uile seruitum deo exhibe-
buisse, quia deus tali consolatione ipsum uisitauit, &
non dereliquit in angustijs suis, ideo et gratias deo egit.
Olim mos talis, ut de Noah & Habel audistis, quod ob-
tulerint. Et iste nunc etiam altare domino ædificat, ad
quod haud dubie etiam suos conuocauit, deumq; illic
inuocauit, qui in istam terram migrare iuferat. Absq;
dubio promissiones sibi à deo factas, confessus est illuc:
et ille promissiones que publicæ erat, non potuerū la-
tère populum huius terræ. Ita nos quoq; grati esse de-
bemus deo per ceremonias, si addatur fides: alias deus
non respicit externa. Corde creditur ad iustitiam, ore
autem fit confessio ad salutem. Necesse externis sym-
bolis fidem nostram protestemur.

Et transferens inde in montem, qui
erat ab oriente, respectu Bethel, teten-
dit tabernaculū suum, habens Bethel
ab occidente, & Hai ab oriente, extru-
ensq; altare domino, inuocauit in no-
mine domini,

Iterum uidetis patriarcham non hærere uno in
loco, neque deus uolebat illum morant illic agere: co-
gitur

gitur iam aliam portionem huius terræ occupare. An ita male acceptus sit ab incolis terræ, scriptura non mentionat: sed non dubium, pius patriarcha miris modis acceptus est. Bethel ab occasu, & Hai ab oriente est. Et iterum inuenit locum habitationis, & aliquā quietem. Illic necesse habuit confiteri fidem suam. Videtis igitur gratum. Considerate etiam locum, in quo Abram quietuit. Nam in mediterraneo terræ, inter mare & inter Iordanem: a mari occasus, & Hai prope Iordanem: non multum a mari mortuo. Igitur inter mare occidente & regionem Sodomiticam fixit tabernaculum suū, & illic mansit cum suis pecoribus, & gratias egit deo, prædicans dominum deum suum cum honestissima vita & gratiarum actione.

Inuocavit.) Id est, palam prædicauit deum solum. Ne ista ita legatis, quasi corde solum cogitasse Abramum de deo, et orasse putetis, immo hoc magnifice egit, alioqui scriptura non ita illud cōmemorasset. Commendantur in hoc uirtutes patriarchæ, ut illas imitemur. Hacemus ultimo loco religionem Abrahæ, quæ etiam ad nos pertinet, siueri filij Abrahe dici & esse uolumus. Neque uno loco habitauit, sed in multis. Et ita propinquatur multis populis uisendum exemplum uitæ, ut audiant uariam de deo doctrinam, & cessent a superstitionibus suis. Sequitur nunc alia tentatio, & illa ualde

ENARRAT. IOAN. OECOL.

difficilis fuit. Cogiturn relinquere terrā ob famē. Et tam
ta tunc famē inualuerat super terram, ut transire in re-
gionem Aegyptiorum cogeretur, à qua multum abhor-
rebat. Ibi posteritas Ham & Chananeorū, nihilomi-
nus debebat uersare inter illos & deo obedire.

Et prosectorus est Abrā eundo, & pro-
ficiendo, uersus meridiem.

Erat autem famē in illa terra, & ob-
id descendit Abram in Aegyptum, ut
peregrinaretur ibi: nam erat grauis fa-
mes in terra.

Et factum est, cum applicasset ut in-
traret in Aegyptum, dixit ad Sarai uxo-
rem suam: en scio quidem quod tu sis
mulier pulchro aspectu.

Erit itaq; quando uiderint te Aegy-
ptij, dicent: uxor illius est hæc, & inter-
ficient me, te uero in uita cōseruant.

Dic obsecro, quod soror mea sis, ut
scilicet bene sit mihi propter te, & ui-
uat anima mea tui causa.

Factum itaq; est, cum uenisset Abrā
in Aegyptum, contemplati sunt Aegy-
ptij mulierem, nam erat ualde pulchra.

Viderunt

Viderunt quoq; eam principes Pha-
raonis, & laudauerunt eam apud Pha-
raonem, sublataq; est mulier in domū
Pharaonis.

Etis quidem benefecit ipsi Abram
propter illam: habuitq; oves & boues
& asinos, seruos & ancillas, asinas & ga-
melos.

Ne temere iudicemus bonos viros, si non nunquam
egeant, & peregre abeunt. Non sine consilio dei talia
funt. Cum Abraham appelleret cum suis Aegyptum,
uel proximus esset Aegypto, ecce quid contigit bono
viro. Et hic uidemus quam graue fuerat concedere in
Aegyptū, quia quodammodo uidetur prostituere uxo-
rem suam, uel perdere uitam suam. Ibiq; discimus, quo-
modo per omnia oporteat deo fidere, & deum non ten-
tare. Consilium quod ei uenit in mentem, utpote huic
tempori accommodum, non neglexit. Nam uere potes-
rat Sarai nominare sororem suam, neq; cogebatur mas-
nifestare coniugium suum. Periclitabatur planè de ui-
ta. Potes etiam cernere quam impius populus Aegy-
ptiorum in exteris fuerit, qui occiderunt viros, ut illos
rum uxoribus possent potiri.

Pulchra.) Iam etiam ipsa processerat in annos,
quia erat sexagintaquinq; annorum, decennio minor

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Abrahæ, et nihil, quod mirum, deperierat in forma. Nihil malum est in externis rebus, si quis bene illis utatur, ut forma & huiusmodi alia. Vult dicere: Tu donabis mihi uitam, si non prodideris me & fueris fidelis. Ut autem prædictum Abraham, ita euenit. Valde anxium hic uides pium Abraham in hoc periculo.

Principes.) Singulari studio conspexerunt illam principes, Pharaoniq; indicarunt. Quod si Abraham neglexisset omnino hoc, quod deus permiserat ei, periret. Neq; est ut obijcias ei mendacium. Non animus erat Abrahæ decipiendi. Neq; illa censeri debent promendacijs, in quibus non est libido seducendi alios.

LECTIO.

Mulito consummatius exemplar iuritutum habet mus in Abrahamo patriarcha nostro, quam ullū aliud apud philosophos, & filios huius secuti. Fieri potest ut nonnulli austoritatem uitæ præse ferant, uel reuera per singulare quoddam donum dei, quod nemo pius contempserit. Sed illos non licet imitari, neq; possumus. Sunt deinde alij, qui per simulationē representare uolunt patres, cum sint alienissimi ab illorum moribus. Quod Heliæ & Ioannes egerunt, pauci referent iustis moribus, nisi singulare gratiæ dei donum habuerint. Deinde alij, qui tales imitari solent, superstitionē nonnunquam arripiunt, ut nihil superstitionis in hu-

manu uita contingat. Iam si ad philosophos & genitores conuerteris, uel historicos, uel poëtas, inuenies uiros plane admirabiles, sed non possunt te in omnibus instruere. Fortassis uirum fortem & industrium instrucent te, coram hominibus, & egregium simulatorem, sed an satis pium & religiosum, rarum hoc est, imò rarissimum. Plane similia exempla non inuenies quam in sacra scriptura. Abraham non à communi hominum more uiuendi abhorret, neq; à nuptijs, neq; à republica &c. Nihil igitur sancto decedit pietatis. Transit enim perres istas temporales, quasi nullae essent. Præterea cum omnibus hominibus ita sc gerit, ut nemo iustus, de illo iuste posse queri. Homerus suum Vlyssem, et Virgilius Aeneam proponit, nos sanctum Abraham. Et si cōferamus Vlyssis uirtutes cum Abrahā, uidebitis quis sit dicendus iustus. Ne aut quis obiter illa perpendat, quæ spirituali mente iudicanda sunt: & tunc apparebit quo spiritu hæc dicta sint. Prophani scriptores multa etiam tribuunt suis, tam honesta, & bene gesta, quæ homo timens deum nunquam non laudabit. Sed uideamus quid dominus per illum Abramum fuerit operatus ubi ingressus est Aegyptū. Etsi etiam Ulysses periclitatus sit, sed nihil ad rem. In peregrinatione Abrahæ ubiq; deus prædicatur, & innotescit populo, quem deū colere debeant. Illi autem declarant se sapientes, si ho-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

nesta consilia dant, & eorum peregrinationes nō sunt tales ut deus laudetur aut prædicetur: etiam si sexcentas historias legas, non tale inuenies: quia dominus in hunc usum Abraham misit, ut populus cognitionem dei non amitteret. Cumq; in Aegypto non mediocriter periclitaretur, & sua sapientia moderabatur, ne male haberet, aderat deus qui iustos suos nunquam derelinquit. Vbi uxor ablata, ut prius prædixerat, Abraham in maximo periculo constituebatur. Videamus igitur deum nunquā suos derelinquere. Subiungitur itaq; cōsolatio.

Et percussit dominus Pharaonē plagiis magnis & domum eius, propter Sarai uxorem Abram.

Vocansq; Pharao Abrā, dixit: Cur id fecisti mihi: quare non indicasti mihi quod uxor tua esset?

Quare dixisti, soror mea est, & accesi eam mihi in uxorē: nunc igitur ecce uxor tua, tolle & uade.

Et præcepit Pharao super eo uiris, & emiserunt eum atque uxorem illius, & omnia quæ habuit.

Flagellauit dominus regem propter peccatum istud. Videlis ut deo iusti sunt curæ? Propter sanctos uiros suos

suos sepe deus afflxit reges potentissimos. Contemptus erat Abraham, quasi peregrinus, sed admodum potens erat, quia deus pugnabat pro illo, et admonebat regem sceleris sui. Et quamvis rex adhuc ignoraret esse uxorem Abraham nihilominus puniebatur quasi abstulisset uxorem. Videamus quam graue peccatum sit adulterium. Quamvis rex iste non valde malus esset, alioqui obduruisset magis per plagas, ut sequentes Pharaones, et ille qui submersus est, et propterea misericordiam consequens est. Neque etiam saeuierat ita in populum uel sanctos dei, ut ille qui secutus est eum post multa secula.

Domum eius.) Nam erant participes consilij eius, iuuabant et fauebant, nunciarantque regi ut malum istud faceret. Etiam si Abraham manifestasset esse suam uxorem, forte parati illum occidere, modo regi tam uenientiam uxorem adduxissent. Videte quantares sit honestas, non quod non nunquam non periclitentur, uel moriantur prii. Scimus interim dominum iudicem omnium rerum esse, qui nouit quid expeditum suis, an liberatio, an crux.

Quare non indicasti.) Nimirum ubi sic correptus fuit rex ille, consilium aliorum audiuit, unde istud infortunium domus sue esset. Non possumus scire quomodo id peccatum Pharaoni indicatum sit. Credimus Mosi qui scripsit. Vel illi per somnum reuelatum fuit, uel

ENARRAT. IOAN. OE COL.

aliaratione, quare peregrinū affligat hominē, & non esse hoc paruum peccatum: nolumus cum quoquā contendere. Fortassis ex Sara ipsa agnouit, Abrahamum eius esse maritū, quō maritus melius haberet apud Pharaonem. Nisi enim hoc innotuisset ei, nequaquam Abramum uocasset.

Tolle & uade.) Nolo tibi esse molestus: si offendit te aliqua ex parte, dolet: accipe igitur tuam uxorem & abi. Vera penitentia, desistere à peccato, & non solum desistere, sed etiam benefacere ei, quem offendisti. Ita Pharao iste fecit, qui non solum Abrahāmo uxori suam restituit, sed etiam locupletauit, & dimisit cum magna gloria.

C A P V T X I I I .



Scendit itaq; Abram de Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia que erant illius, atque Lot cum eo ad Austrum.

Et Abram erat diues ualde in pecore, in argento & auro.

Ideo sibiuncta illa sunt, ut uideatis illum ita dimisum cū magna honorificētia. Interim bene auxit Abram peculium suum, quanto tempore uixit in Aegypto, ut omnis populus miraculum illud clare uideret, et agnosce-

agnosceret istum esse uerum deum, quem Abraham colebat. Abraham nō protectus fuit humano auxilio, sed dei: ideo res ei omnes prospere succedebāt, et si pleriq; insidiarentur ei. Hæc potissimum hic cōsideranda sunt ut spem in deum cōfirmemus. Si allegorias spectare uis de descensu in Aegyptū & de alijs Pharaonibus, alios consulere poteris, ego nolo illas adducere, ue utiliora re linquam. Omnia eius intacta erant, quia nolebat illum dominus uel aliquam iniuriam pati.

Ascendit.) Nolle me sic legi scripturam uos, quasi nulla maiestas sit in illa. Ascendit cum fiducia magna, & cum gaudio & miraculo magno: quia miraculo nō caruit, quod ille, qui iam paulò ante, uel ante annum abierat à Chananeis contemptus, & coactus propter famē, nunc gloriosus redit, multo maiori familia quam exierat. Ita deus famulum suum miro modo sustentat. Onustus redit & grauis ualde propter diuitias. Neque solum pecora, sed suos thesauros habebat, quos sciebat dispensare in tempore.

Et iuit per profectiones suas à meridi usq; ad Bethel, usq; ad locū ubi fuerat tabernaculū eius à principio, inter Bethel & Hai.

Ad locum altaris quod ibi fecerat à principio, et inuocauit ibi Abram in nomine domini.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Heri audiuimus de ista peregrinatione, & ab initio
qualē se gesserit in prædicando uerbo dei indicaui. Eam
nunc repetit, ut uideas illum honorifice & magnifice,
qui abierat cum moerore & angustia, nunc redire. Per
quod dicitur illis occasio uerū deū agnoscendi. Locus au-
tem ille, Bethel postea nomen accepit. Ius a prius uoca-
batur, & deus antea illic Abrahamo uisus, ideo iterum
ut sit gratus redit ad eundem locum, ubi prius posuerat
tabernaculum. In quibus locis aliqua contingit gratia,
uel ubi primo inimus aliquod foedus, ad illa solemus ra-
pi maiori affectione & deuotione, quam ad alia. Ecce,
vult dicere, hoc loco singulari benedictione es affectus
&c. Ita redit Abraham ad eum locum, in quo promis-
sionem à deo acceperat, agitq; gratias, quod denuò li-
beratus est. Confitetur deum uerum, ad abolendas sua
persitiones aliarū gentium. Scitis autem, ut dixi, locū
illum inter Bethel & Hai situm esse, & in meditullio
terræ, ut celebrius sit nomen dei. Ut antea, ita nunc quo-
que inuocat nomē domini. Videlicet sequi gratiarū actio-
nem, postquam deus mirifice liberauit. Hic etiam uide-
mus, quomodo uita instituenda sit, ut deo placeamus.
Poëta admiscent aliqua, quæ satius ignorare quam sci-
re, cum de talibus rebus scribunt. De altario, ut olim in
Iusu fuit, non opus est multis hic meminisse.

Quin & ipsi Lot comitantu Abram,
erat

erat grex atq; armenta & tabernacula.

Videbimus iterum egregiam historiam, de dissidio inter ministros dei Abraham & Lot. Illi quidem erant inter se cognati & animo coniunctissimi, nihilominus tamen dissidebant. Sic diuitiae solent nonnunquam dirimere amicitias coniunctissimas, etiam apud viros magnos. Licet hic uidere, quanto præstantior sit Abraham quam Lot. Lot ætate multo iunior, & per omnia cedere Abrahamo debebat, tanquam patri. Porro Abraham ut homo modestissimus contrà cedit Lot minori, pacis gratia. Sic scriptura pacem & unanimitatem commendat. Vnde ut illud dissidium indicet, causam adducit.

Et non sustinuit eos terra ut habitarent pariter, quia fuit possessio illorum multa, & nō potuerunt simul habitare.

Ita decretum erat apud deum, ut illi duo diuitijs abundaret, unde opus habebant multis pascuis: & quando pecora erant aquanda, quiq; ibant ad fontes suos: hinc enim facile oriri poterant iurgia inter ministros, alter alterum præuenire cupientes. Sedulitas ministrorum, dum fludent fideles esse dominis suis, excitat talia iurgia. Ex una autem regione Sodomitica uoluit dominus ut Lot habitaret, & ex altera parte Abraham, ut in utrisq; partibus deus prædicaretur. Et inde uidemus datam occasionem esse iurgij ex opibus. Datae sunt illis

ENARRAT. IOAN. OE COL.

diuitiae tantae, ut iuuarent alios, & hospitales essent. Et cum tot pecora possiderent, non mirum quod simul habitare non potuerint. Ideo sequitur:

Fuitque contentio inter pastores pecorum Abram, & inter pastores pecorum Lot: & Chanaanæus atque Pheriseus tunc habitabant in terra.

Dixit autem Abram ad Lot: ne quæso sit iurgium inter me & inter te, & inter pastores meos atque inter pastores tuos: nam uiri fratres nos sumus.

Nunquid non universa terra coram te est: separare quæso à me: si tu sinistrâ tenueris, ego ad dextram uadam: & si tu ad dextram ieris, ego ad sinistram pergam.

Ostendit magnum fuisse periculum, & bonum Abraham incidiisse in maximas curas, propter rixas illas ministrorum, quas facile potuissent cōponere si non fuissent peregrini. Non licebat pessimis Chananeis fidere. Vnde rem bene compensabat Abraham. Lot per omnia Abraham honorem ferre debebat, quia per omnia circumspete agebat, & quod deus non est tentandus. Vult dicere: uide inter quos habites, tanto magis decet seruare.

Seruare amicitiam & concordiam, quanto inter gra-
uiores hostes habitamus. Chananei non potuerunt ui-
ros dei amare propter uirtutes, cum ipsi alieni ab illis
essent. Data igitur occasione, nimis si fuisse illis infen-
si. Videte hoc loco, & obseruate mansuetudinem Abra-
hæ, qui per omnia ipsum Christum refert, abhorrente
ab omni contentione. Lot non satis prudenter agebat,
neque cogitabat ætatem suam, & officium suum, neque
quantum debebat Abrahæ. Dicit: Ne admittamus, ut
Propter seruos, uel ullam rem contendamus: cogitemus
apud quos sumus, quam deceat amicos simul et in pace
uiuere. Legimus in Actis Apostolorū, quomodo Pau-
lus & Barnabas secesserint, & illud tunc fiebat singu-
lari dispensatione dei. Permittit enim deus talia aliquan-
do, propter causas, quas nos ignoramus. Deus interim
nomen suum magis dilatat. Viderit unusquisque occa-
sionem dissidio præbeat. Unus alteri cedat, & nulla
discordia uigebit. Etiam si quis nonnunquam maiori gra-
tia excellat, cedat tamen minori, si cognoverit grauius
quoddam damnum emergi, ut hoc loco uidetis. Eieci
fortasse fuisse ambo Lot & Abraham, si illa contens-
tio incolis huius terræ innotuisset. Ita ubique mansuetu-
dinem & prouidentiam sancti Abrahæ uidemus. Et uia-
dentur haec res quibusdam vulgares esse, & quodam-
modo contempnende: sed dico uobis, ijs neglectis, maxi-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

mum daminum saepe succedere solet. Qui alijs præsumunt
uideant quomodo utendū sit hoc seculo. Permitte alios
ea cōtemnere, qui non intelligūt quid agunt. Dicit igitur :
Vide circumspice omnem terram, dabo tibi optimam, nolo ut aliqua discordia inter nos ministros dei
sit &c. Non admittere debebat Lot, ut deterior portio
cederet Abrahe.

Leuans itaq; Lot oculos suos, uidit
omnem planitatem Iordanis : quæ uni-
uersa erat irrigua, antequam disperde-
ret dominus Sodomam & Gomorrā,
sicut hortus domini, sicut terra Aegy-
pti ueniente te in Zoar.

Elegit autem sibi Lot omnem plani-
tiem Iordanis, profectusq; est Lot ab
oriente, et separatus est unus ab altero.

Abram habitauit in terra Chnaan:
Lot uero sedet in ciuitatibus planicieis,
& tabernaculū fixit usq; ad Sodomam.

Hoc non possumus dare laudi Lot, sed necesse erat
ut alter alteri cederet . Lot philautos sua sectabatur,
ut eligeret ipse terram magis uberem & fertilem. Vi-
dit illam regionem sibi & pecoribus suis cōmodam,
ideo & elegit. Verum mala remuneratio philautie
subsecuta

subsecuta est, & in multo gravius periculum Lot incidit, quam si mansisset cum Abraham. Nam est ductus in captiuitate, & ferè perijset cum Sodoma. Aliquando illud cedit in magnum nostrum incommodum, quod eligimus neglecta honestate. Et filii huius seculi aequaliter, quo semper meliore partē huius mundi occupent

Hortus domini.) Vult dicere: Si deus elegisset locum, in quo uellet habitare, amoeniore non inuenisset. Aegyptus etiam propter ubertatem ab omnibus historiis laudatur. Non autem omnis tractus Iordanis est tam amoenus & tam fœcundus. Et uidete terras istas quæ nonnunquam sunt uberrimæ, plus habere sceleratarum hominum quam aliæ regiones. Et ubi solum optimum, ibi pessimi homines. Lot non curabat, quales isti essent homines, & apud quos habitaret, solummodo pacata aspiciebat. Nos autem interim admiremur uirtutes Abrahæ.

LECTIO.

Porrò uiri Sodomæ erāt mali, & peccatores coram domino ualde.

Vltimo loco heri dictū est, quod discesserint ab invicem Lot & Abraham, singulari dispensatione dei: hocq; deus agebat, ut nomen suū in uarijs locis celebraretur. Audiuiimus tunc mansuetudinem Abrahæ, qui etiam inferiori cedere dignatus est. Nunc autem cognosc

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Scimus, quām male cesserit Lot, ubi ab Abraham separatus fuit. Sodomitae insigniter erant mali, etiam scienter male agebant contra conscientiam, quasi in conspectu dei: neq; redarguti à peccatis desistebant. 2. Pet. 2. habemus quomodo Lot ereptus sit, qui quotidianus saudatum cor iniquis illorum facilis excruciat. Et quia mali homines erant, non diu absfuit flagellum domini: & cum neq; flagellis emendarentur, subsecutum est exterminium illorum. Ante omniam missus est illis Lot præceptio iustitiae, qui à peccatis eos absterreret: illi autem non dignati sunt illum audire.

Dixitq; dominus ad Abrā postquam separatus est Lot ab eo: Leua nunc oculos tuos, & uide à loco ubi es, ad aquilonem & meridiē, & orientē & occasum.

Nam omnem terram quam tu uides, tibi eam dabo, & semini tuo usque in seculum.

Nouam consolationem hic legimus, quia præcesserat noua mentis anxietas, quamvis necessitas non forebat ut hi simul habitare possent. Optasset fratri filium apud se habere. Est graue auelli ab amicis dilectis, & in solitudine uersari. Iam igitur destitutus amicis, & solus inter Chananeos habitans, nouam consolationē ait a deo, qui suos nō derelinquit. Vnde dicit signanter,

separ-

separatus ab eo. Quanto minus affectibus nostris addicti sumus, tanto proprietor est nobis deus. Qui relinquant corpore amicos, uideant ne adhærent illis affectionibus, abnegemus nosmetipso: non quod non benefaciendum sit amicis, cum præceptum sit, Honora patrem & matrem &c.

Tolle oculos.) Nimirum animi oculos intelligit, qui solum beneficia dei recte uident. Et quia Abraham erat inter fideles dei præcipuus, ideo ad illum promissio fit. Neq; poterat solus tanti terrarum spatijs uti, ideo promissa est illa terra Abrahæ & semini eius. Videamus hic illam dictionem, usq; in seculum, non semper æternitatem seculorum fine carentem significare, et si in alijs locis id significari habeat, sed hic non. Scimus enim iam multis annis Iudeos non inhabitasse eam terrā. Unde si de hac regione loquimur, inuenimus quod non semper habitarint illic, quia saepe abducti sunt in grauiſſimas captiuitates.

Ponam quoq; semen tuū quasi puluerem terræ: quod si poterit homo numerare puluerem terræ, numerabitur quoq; semen tuum.

Surge, deambula in terra iuxta longitudinem eius atq; latitudinem eius, tibi enim dabo eam.

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Et tabernaculum mouens Abram,
uenit atq; habitauit in cōualibus Mam
re, nempe in Hebron, & ædificauit ibi
altare domino.

Secunda hic est promissio, quæ non solum promis
tit terram istam, sed etiam maximā posteritatem. Pla
nè uidetur esse spiritualis promissio, & magis referens
da ad ecclesiam, ad uerum dei populum. Qui sunt filii
Abrahe? qui in Christo benedicuntur. Et plenam esse
promissionem ex Euangelicis historijs habemus.

Tibi dabo.) Etiam hunc uersum exponunt, quod
Abraham prophetice ambulauerit, id est, quod secum
cōsiderarit longitudinem terræ, & non transferit per
ambulando. Ideo sta & perambula, uolunt potius ad
mentem referre &c.

Mamre.) Ciuitas fuit, Palæstinorum metropolis
præcipua, quæ postea ad tribum Iuda pertinebat. Hic
enim aliquanto tempore Abraham habitauit. Et iterū
dominus illi apparet, iubetq; transire, & sic Abraham
nunquam non magnificat deum. Nam ultra non in Be
thel habitat, sed in Mamre, ubi etiam religiose uixit in
utilitatem eorum qui uicini eius erant.

N V N C in decimoquarto capite audiemus de bel
lo, quod ortum est inter reges Persarum & Sodomita
rum, captumq; Lot, qui cum Sodomitis habitabat, quæ
postea

postea Abraham liberavit, percussis potentissimis illis quatuor regibus. Ibi uidebimus magnum dei miraculum, & primū bellum quod in scripturis legimus. Videlicet iustos viros nonnunquam sine peccato belligerare. Nam charitas erga filium fratris cogebat Abramum egredi in bellum. Nemo enim potest tantam uitatem patriarchae rei scire. Ponit igitur principio, causam belli & duces belli.

C A P V T. X I I I I .



T factum est in diebus Amraphel regis Sinhar, Arioch regis Aelasar, Kedorlaomer regis Elam, & Thideal regis gentium.

Et commiserunt prælium cum Beza rege Sodomæ, & cum Birsa rege Gomorræ, Sineab rege Adma, & Semebær rege Zeboim, & rege Bela, hæc est Zoar.

Omnes isti coniuncti sunt in ualle Siddim (hoc est, camporum) ubi est mare salis.

Ex una parte quatuor reges potentissimi congregantur, ex altera parte quinq[ue] tyranni, & principes

ENARRAT. IOAN. OECOL.

Suarum ciuitatum. Erant quinq; ciuitates præcipue,
quæ postea subuersæ sunt in earegione. Supra Sinhar
Chaldaæam esse diximus. Aelasar regem Ponti Hiero-
nymus dicit esse: mallem Medorū, Aelamite enim Per-
sæ sunt. Thideal rex gentiū, id est, Græcorum, qui iux-
ta Damascum et Phœniciam habitabat. Illi quatuor
reges & ab oriente & septentrione erumpabant, &
fœdere quodam coniungebantur aduersus hos quinq;
regulos. Horum regum nomina considerate, שָׁׁבְּ rex
in malitia, שָׁׁשְׁ rex impietatis, שָׁׁנְאָבְּ qui odit pa-
trē. Pulchra certe nomina.

Siddim.) Ad uallem camporum, ubi est mare fa-
lis, & ubi nunc mare mortuum, Sodomiticum uel A-
sphalicum, & in eo loco conuenerunt hi reges.

Duodecim enim annis seruierūt Ke-
dorlaomer, & tredecimo anno rebella-
uerunt.

Quartodecimo uero anno uenit Ke-
dorlaomer atq; reges qui erāt cum eo,
& percusserunt gigantes in Asteroth
Karnaijm, atque Zuzim in Ham, & E-
mim in planicie Kiriataijm.

Et Horæim in montanis Seir, usque
ad planitem Pharan, quæ est iuxta de-
sertum. Et

Et reuersi uenerunt ad En Mispat,
quæ est Cades, & percusserunt omnē
regionē Amalekitæ, sed & Aemorreū
habitantem in Hazazon Thamar.

Hæc causa belli est: iniusti illi rebellarunt, qui debe-
bant esse in seruitute. Regi enim Persarum & Aelami-
tarum seruierant. Teritodecimo anno desciuerunt, &
renuerunt ultradare tributum. Proinde reges isti iustā
contra Sodomitas causam habebant belligerandi, pro-
pter illorum defectionem. Si recte inspexeritis ea quæ
Moses hic describit, inuenietis illum pessimum fuisse po-
pulum. Affixerunt enim istæ quatuor regiones omnē
finitimam regionem uersus orientem, & quicunq; ibi
in montibus habitabant, pessime accipiebantur ab illis.
Vocat hic Rephaim illos qui in magnis ciuitatib. erāt.
Et Zozim similiter pro gigantibus habiti sunt. Poten-
tissimos quosq; principes qui finitimi Sodomitis erāt,
etiam debellarunt, & illos qui in Seir usq; ad Pharan
ad locum deserti. Postea ubi ad peregrinationes filiorū
Israël peruererimus, de his rebus copiose tractemus.
Videtis quot gentes simul perdiderunt antequā uene-
runt ad Sodomitas. Plana est historia, nec eget multis.

Et egressus est rex Sodomæ, & rex
Gomorræ atq; rex Adma, rex Zebo-
iūm & rex Bela, quæ est Zoar, & inie-

ENARRAT. IOAN. OECOL
runt cum eis bellum in ualle Siddim.

Scilicet cū Kedorlaomer rege Elam,
& Thideal rege gentium, et Amraphel
rege Sinhar, atq; Arioch rege Aelasar:
quatuor reges cum quincz.

Porrò uallis Siddim erat plena pu-
teis bituminis, & fugerūt rex Sodomæ
atq; Gomorræ, & ceciderunt ibi, & qui
remanserant fugerunt in montem.

Et accipientes omnem substantiam
Sodomæ atq; Gomorræ, & omne ali-
mentum eorum, abierunt.

Abduxerunt quoq; Lot & substan-
tiam eius, filium scilicet fratri Abram,
& recesserunt: habitabat enim ille in
Sodoma.

Exiuerunt in uallem Siddim, ubi nunc est mare sal-
sum. Audistis causam belli, & quanto cum impetu ho-
stes uenerint. Sodomitæ igitur animosi egrediuntur,
etiam instructa acie, in locū quem arbitrabātur oppor-
tunū illis esse, ut cōfligerent ibi. Nominat iterū Moses
reges Aelam, Persarum, Gentium, & Græcorū &c.
Erant multæ scatebræ fontium illic, quæ proferebant
bitumen, unde etiam exteris periculosis ibi ambulare
tanquam

tanquam in loco incognito. Verum quia illi homines mali, ideo deus uoluit illos affligere. Quamuis principio ualde animosi essent, tamen coacti sunt fugere, neque potuerunt ferre impetum istorum quatuor regum.

Substantia.) Vbi omnia que in Sodoma & Gomorra diripuerant, collegissent, & iam abire in patriam suam uolunt, cum illa abundatissima præda, ecce quid factum est. Tota ista historia proposita est nobis propter Lot, qui unus innocens erat in ciuitate illa, cuius beneficio liberantur & alij. Sed prius cogebatur Lot cum illis periclitari, & cum omnibus suis abductus est in captiuitatem, quod signanter adiicitur. Vide qualè locum elegerit, & quam periculosum sit habitare inter malos homines.

LECTIO.

Inter uirtutes non habetur minima fortitudo, quam suo tempore decet exercere. Spectrandæ sunt caue, & hi propter quos certandum est. Premisit igitur Moses, quo in periculo fuerit filius fratri Abrahæm Lot, & quomodo abductus ab impijs iustis regibus cum municipibus Sodomiticis. Oblata itaq; fuit magna occasio patriarchæ Abrahæ, ut ostendat qua uirtus sit præeditus. Vnde dicit:

Et uenit quidam qui euaserat, & in-

ENARRAT. IOAN. OE COL.
dicauit Abram Hebræo, qui scilicet ha-
bitabat in cōuallibus Mamre Aemor-
ræi, fratribus Escol & fratribus Aner, qui fœ-
dus habebant cum Abram.

Certior factus Abrahā, quidnā accidisset amico suo,
in auxiliū adiuolat, et si non paruo spatio habitabat à So-
domitis, unde labore multo indigebat, et acceleratione,
tamē amicitia seruanda erat cōtemptis omnibus pericu-
lis. Habebat igitur fœdus cum iſtis tribus, Aemorræo,
Escol & Aner. Videtis ab antiquis illis temporibus san-
ctos uiros non neglexisse fœderationes, que illicitæ nō
sunt, modo contra gloriam dei non incantur.

Audiens uero Abram quod captus
esset frater suus, expediuit exercitatos
adolescentes suos, filios domus sue, de-
cem & octo atq; trecentos, & insecuri-
tus est illos usq; ad Dan.

Paucis uerbis describit maximam rem. Videte acce-
lerationem, iam abierant, erant in itinere onusti p̄ae-
dis, redire in patriam suam uolunt summo cum gaudio.
Vbi igitur Abrahā hoc intellexit, statim ministros suos
uocauit, ex eis trecentos decem & octo elegit, ad pu-
gnam aptos. Habuit etiam alios ministros, sed illi ido-
nei & instructiores ad militiam. Ex quo numero licet
cognoscere, quāt; a familia fuerit Abrahæ. Neq; ita sor-
dide

dide uixit. Abraham nullo nuncio præmisso nō potuit ministros parare. Habuit igitur illos iam domi paratos ex sua familia. Cogitate primum quantus exercitus quatuor regum, & qui fuerint populi isti. Cogitate quanta illorum uictoria, non solum ex Sodomitis, sed alijs populis, qui montana ipsa inhabitabant. Cum igitur uidarentur sibi felices naclii uictoriæ, Abraham irruit in eos. Quod autem illos prostrauit, id non humana uia potuit efficere, & nisi deus effecisset suo auxilio, actum etiam fuisset de Abraham & suis. Omnino magnum miraculum, trecentis decem & octo uiris tam innumerabilem multitudinem ex terra proiecere.

Et diuisus est super eos nocte, ipse et serui eius, percussitque eos & persecutus est eos usque in Hoba, quæ est à sinistra Damasci.

Hæc uictoria est patriarchæ. Primo persecutus est illos, deinde fatigatos deprehendit, quos & percusserit. Hanc uictoriæ dedit deus ministro suo, interim confor-
tans omnes suos fideles, quod opportuno tempore suis occurtere uelit. Non quod semper promittat uictoriæ, nam illa est in arcans dei, sed prijs sciunt se à domino nō esse derelinquendos. Ferè autem contingit, ut qui uicto res redeant, deteriores fiant & insolentiores. Prædas cupiunt, & interim animas omittunt. Abraham autem

ENARRAT. IOAN. OECOL.

etiam in ista uictoria & sequunda fortuna declarauit
quantus amator esset uirtutum & iustitiae.

Et recuperauit omnem substantiam,
sed & Lot fratrem suum, & substantiam
illius reduxit, & mulieres atq[ue] populū.

Non solum percusit hostes, sed etiam Sodomitas
iam captiuos reduxit, propter Lot amicum suum. Iam
illi omnes fuissent captivi Abraham, & in manu eius
erant, ut in manu hostium, illos tamen donauit libertate
& remisit ad sua. Poteat omnem substantiam illorum
sibi retinere, sed alienus fuit ab omni auaritia. Neq[ue]
nun propterea uenerat ut ditesceret, sed ut amicum suū
liberaret. Ante debebā dicere de istis quatuor regibus:
uidetur omnino quatuor ista regna præsignare, Persa
rum, Babyloniæ, Medorum & Romanorum, quæ
amicos & fratres Abraham persequabantur, qui tamē
tandem daturi sunt deo gloriam &c.

Egressus est autem rex Sodomæ in
occursum eius, postquam reuersus est
ad cæde Kedorlaomer, & regum qui cū
eo erant, in uallem planam, quæ est ual
lis regis.

Prius habuistis uallem planitiei & salis, hic uallē
regis: quod obseruandum est. Vbi rex Sodomæ audiuit
uictoriā illam, omnino paratus erat multa facere no
mine

mine illius digna, et reddere ea que meruerat Abrahā.
Egregiam iuritatem uideremus in Abraham, qui non res-
spiciebat ad aurum aut pecunias, sed magis cupiit ami-
citas hominum, ut deum glorificarent, quem ipse cole-
bat. Honoris igitur gratia egressus rex, ne uideretur
ingratus.

Et Malkizedek rex Salem protulit
panem & uinum, quippe qui erat sacer-
dos dei altissimi.

Similiter cum Abraham transiret Salem, ubi
Malkizedek regnabat (Non erat Hierusalem, sed pro-
pe Iordanem ubi transitus est) ille protulit panem, ni-
mirum in uiaticum, & honoris gratia. Hunc locum
tractauit David in Psalmo centesimo decimo. Deinde
in Epistola Hebræorum Paulus satis dextre, tametsi in
alienum sensum Papistæ illum detorqueant. Quis au-
tem sit Malkizedek non legimus hactenus in scripturis
sanctis, neq; de patre eius, neq; de matre, neq; de initio
uel fine aliquid constat. Hocq; non caret mysterio. Nā
screbat figuram Christi, qui uerus Malkizedek & iu-
xta interpretationem rex iustitiae, & rex pacis dici-
tur, qui habitus quodammodo in hoc seculo obscurus.
Neq; est putandum quod omnino caruerit parentibus,
cum angelus non fuerit: sed habuit: nihilominus cū scri-
ptura mentionem illius rei nō faciat, dicitur fuisse & nō

ENARRAT. IOAN. OECOL.

τωρ οὐδὲν τωρ. illum Malkizedek Iudei putant
fuisse Sem, & durasse usq; in ista secula, alio nomine
Malkizedek: sed incerta illa sunt, & facile possunt con-
temni. Quicunq; is fuit, homo magni nominis fuit, &
gratissimus deo, nimirū sacerdos, & inter præcipuos
dei amicos habitus. Non eo temporis erāt cuncti sacer-
dotes, sed hi solū qui præcipui in familia existebāt, offe-
re bant, munusq; sacerdotum obibant, etiam hi confor-
tabant alios. Neq; hic dicit, obtulit sacrificium, ut illi
miseri papistæ exponūt. Iosephus plane dicit, id eo mo-
do factum esse, quo hodie solet fieri. Prætereunte enim
exercitu, ubi viri hospitales sunt, illi præbent uiaticum,
ne deficiat in itinere. Et ex hoc fundamento illi uolunt
probare suam Missam esse sacrificium. Vbi mentio hu-
ius sacrificij? Alterius generis sacerdos erat Malkize-
dek. Præterea ceremoniae illæ non erant ex præcepto,
quas postea lex Mosi præcepit. Omnino sacerdotiū le-
gis abolendum & restituendū Malkizedek. Hoc enim
est sacrificium completum in Christo. Unus Christus
totam ipsam figuram implet Malkizedek. Si quis aut̄
allegoriam quandam uelit habere, Christus panem pro-
tulit: qualem? corpus suum: & illi dicūt se dare Chri-
stu: ô bis miseri. Moses nō sic loquitur, Ipse dat. Quan-
do dat seipsum? quando cibus est animarum. Dixit se
esse panem & uinum,

Benedic

Benedixitque ei, & ait: Benedictus
Abram deo excelso, possessori cœli &
terræ.

Et benedictus deus excelsus, qui tra-
didit hostes tuos in manu tua: dedit ita-
que illi decimas ex omnibus.

Hoc sacrificium laudis, est omnium Christianorū,
& illud hodie etiam durat. Videmus quod dispensatio-
ne dei ista omnia fiant, ut iterum nomen dei glorifice-
tur, et diuulgetur amplius. Planè fatetur hoc, quod A-
braham fecit, non sua uirtute fecisse, sed cœlesti, nimi-
rum adiutus præsidio dei. Deus dedit tibi illos, & con-
clusit eos ne possent tibi rebellare. Obseruemus igitur
uictoriā esse à deo, & cum Malkizedek esset dignior
& extra legem, dedit tamen decimas Abraham: quare?
quia in Abraham benedicē erant omnes gentes, &
ex eo proditurus Christus. Hoc præuidit diuino spiri-
tu & prophetico, eamq; ob rem dedit decimas, id est,
diuunum munus. Dum enim decimæ dantur, fit prote-
statio, quod totos nos dedimus deo. Nam denarius nu-
merus, plenus est numerus. Hoc mysterium Paulus in
Epistola ad Hebreos cap. 7. explanavit. Quanta po-
steritas Leui, ex qua processit Aaron, in quo sacerdo-
tium Mosaicum. Si iam esset ex circumcisione uel ope-
ribus legis iustitia, quare Malkizedek cum nondum na-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

tus esset Levi decimas dedit? &c. Obscurus hic est tex-
tus. Vel restras ad Malkizedek, quod dederit deo de-
cimas, uel ad Abraham, & nihil peccabis. Etsi Paulum
malo sequi quam alios.

Et dixit rex Sodomæ ad Abram: Da
mihi animas, & substantiam ipsam tol-
le tibi.

Aliam uirtutem Abrahæ hic inuenimus, nempe quo-
modo respuerit oblatas opes & munera. Rex Sodomæ
tarum dicit: Da mihi animas, id est, eos homines qui ui-
uunt: diuitias autem & quicquid prædarum est tibi,
accipe tu in remuneratione. Sint isti liberi et non serui.
Abraham autem omnino renuit uel aliquid accipere
& iurat.

Et respondit Abram regi Sodomæ:
Leuaui manū meam ad dominū deum
excelsum, possessorem cœli & terræ.

Sí à pilo usq; ad corrigiā calciamen-
ti, et ex omnibus tuis aliquid accepero,
ne scilicet dicas, ego dītaui Abram.

Exceptis tantum his quæ comedē-
runt pueri, & portionē illorum uirorū
qui mecum ierunt, Aner scilicet, Escol
& Mamre, qui accipiēnt partem suam.

Iterū

Iterum prædicat deum uerum. Alij dij non sunt dij,
ideo per illum uerum deum iurat. Nihil omnino reci-
pio, id est, planè nihil de omnibus quæ habes. Hoc enim
posset redundare in iniuriam dei, & nomen dei uilesce-
re. Non per industriam meam diuitias illas acquisui,
sed ex beneficio dei accepi illas. Quod si ego ista à te
donata acciperem, iam omnes uicini diceret: Ecce bene-
ficio regis Sodomitarum ditatus est Abraham, & sic
auferretur gloria dei, cum deus ipse sit, qui me ditauit.
Auditis hic pectus alienum ab omni avaritia, ut scirent
deum autorem harum diuitiarū. Dominus etiam dicit
quod nemo militet suis stipendijs unquam: debetur mi-
litibus uiaticum. Dicit igitur Abraham: Illi habeant
suum uiaticum, & partem quæ debetur ijs tribus uiris,
Aner, Escol, & Mamre. Etiam ipse Abraham potuise-
set aliquid accipere, & id iuste, sed ne male audiret no-
men domini, noluit: tamen dixit, socij accipient. Nam
non par ratio de socijs. Illi enim non erant ordinati à
deo, ut sic nomen illius prædicarent. Abraham datus in
exemplum omnibus gentibus, ut uideant omnia bona
dari à deo hominibus, siue temporalia sint, siue coele-
stia. Et sic inhortantur, quò etiam deum illum uere bo-
num colant & obseruent.

A V D I V I M V S nuper insignes triūphos Abras-
he patriarchæ, & eximiam eius religionem atq; libe-

E N A R R A T . I O A N . O E C O L .

valitatem. Deo enim dedit gloriā, & Malkizedek decimas obtulit, illum summū sacerdotem, Christum inquam, praeuidens in rege & sacerdote illo. Quamuis, ut nuper monui, uaria est ibi letatio. Nam potestis expōnere, quod Malkizedek dederit Abrahæ decimas: et si epistola ad Hebræos dicit Abrahamum dedisse. Eucharius illud ctiā obseruauit & alij. Hoc autē firè peculia re est humano generi, ut in prosperis successibus extolleatur animo, & obliuissē incipiat dei. Porro in his qui uera uirtute prædicti sunt, contrā accidit: nam hi semper utrāq; fortunā secum cogitant, ut cum felices sunt, sciunt etiā fieri posse in hac uita, ut ærumnosifiant. Igitur post magnos illos triumphos iterum tentatus est Abraham, ut sibi timeret: quia enim tam potentes reges uicerat diuina manu, timebat sibi, ne cum essent res suæ tranquillæ & securæ, quodammodo ab istis oppri meretur. Et quia non mediocris metus erat iste, iterum consolationem accipit à domino, quod hic describitur.

C A P V T XV.

Postquam autē hēc gesta sunt, fuit uerbum domini ad Abram in uisione dicens: Ne timeas Abram, ego sum protectio tua, & merces tua copiosa ualde.
Id est.

Id est, postquam hos reges uicit: et est modus loquendi Hebreorū peculiaris. Allocutus est illum dominus in uisione prophetica. Quidam addiderunt, quod opāuæti & vñctos, in uisione noctis, quod Hebreæ non habent. ¶ uisio prophetica est. Vident autem prophetæ nonnunquam oblatis speciebus, nonnunquam sine illis. Neq; uerisimile est tunc noctem fuisse, nisi fortassis alludant ad turbationem mentis, que tunc Abraham erat. Vnde etiam de Mose legimus, quod ei dominus in turbine apparuerit, per allusionē, quod angore mentis premeretur Moses &c.

Protectio.) Esto reges isti Assyrij, Medi, et Graeci, quos iam debellasti, iterum insurgant, uel moliantur aliquid in te, tu securus esto, extra omne periculum eris, ne timeas, ego defendam te. Si dominus pro nobis, quis contra nos? Si ipse scutum nostrum est & protectio, quis nocebit?

Merces copiosa.) Habebis mercedem ex me longe ampliorem, quam si abstulisses spolia, et retinuisses tibi aliquid de præda illa. In fine superioris capituli audiisti, Abrahamū nihil de spolijs illis accepisse, sed restituisse Sodomitis & Gomorræis, quibus erant ablata. Et quia animum suum ab hisce terrenis alienauit, longe maiorem mercedem, et ineffabilem reperit. Hoc nobis saepe etiam cogitandum erit, ne terrenis felicitatibus

ENARRAT. IOAN. OECOL.

destituamur, esse longe alia præmia reposita nobis & gaudia. Miser ille diues in euangelio bona sua in hoc seculo habuit. Et quamuis etiam Abraham in terra non nunquam ad consolandum alios, magnis donis à deo donatus fuit, tamē nihilominus expectauit longe ampliora, nempe uitam æternam.

Et dixit Abram: Domine deus quid dabis mihi cum ego incedam absq; libe
ris, & filius dispensationis domus meæ
sit iste Damascenus Eliezer?

Inter alia etiam multū turbabatur Abraham, quod sobole carebat. Promittebat enim ei deus plurimā posseſſionem terræ, & alia bona: uerum cum careret prole non potuit latari, unde tristitia circundatur & timore magno. Et deus nonunquam non sine causa sic permittit suos tentari. Accedit, si ipſe interiret, benedictio illa & domus tota periret, & ad Damascenum illum uernaculum uel emptitium ueniret: qui fortassis homo satis idoneus fuit ad res domesticas per agendas, at non item cœlestium arcanorum conscius & particeps, proinde nō oblectatur Abraham in ministerio suo. Et si illo postea ut fidelissimo ministro utebatur, ut licebit in sequentibus uidere.

Et dixit Abram: En mihi non dedisti semen, & ecce filius domus meæ heres meus est.

Repetit

Repetit illud, quo magis testetur animi sui dolorem: Videte quanti fecerint patriarchæ benedictionē illam domini. Quamuis aliam promissionē habuerunt, quām ut carnalem prolem solum spectarint. Expectabant enim omnes uenturum Christum. Et supra audistis ipsi Abraham de suo semine benedictionem promissam. Iam intercesserant multi anni, cum talis promissio ei data esset: appetebat fere annus nonagesimus, & nulla ad huc spes prolis, unde impatientia quadam cruciabatur, salua tamen interim fide in deum. Nequaquam putabat deum non esse ueracem &c.

Et ecce uerbum domini fuit ad illum dicens: non erit ille hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, ille hæres tuus erit.

Hæc erat consolatio. Putas fortasse promissionem sonare in aliquem è familia tua, quem in filium adoptes: ne sic interpreteris, nam ex te prodibit, & ex tuo semine, cuius sunt istæ promissiones.

Eduxitq; eum foras, & ait: Suspice quæso cœlum, & numera stellas, si poteris eas numerare: & dixit illi: Sic erit semen tuum.

Quoniam magna erat tribulatio sancti uiri, propterea etiam magna cōsolatione opus erat. Ita non dea

ENARRAT. IOAN. OECOL.

sistit deus benefacere suis. Dicit, Eduxit. Quidam exponunt esse historiam, quod produxerit ex domo, et quod monstrauerit ei cœlum, ut uerba sonant. Sed alij prophetiam et uisionem propheticam fuisse dicunt, quod in mente sua sic uiderit illa. Suprà etiā præmisit, quod locutus sit ei deus in uisione, sicut etiam apud alios prophetas legimus. Quidam ductus in Hierusalem nudus ambulauit et c. ita uolunt etiam in uisione Abrahā educi, sicq; uidisse se extra domum. Duo dicit in hac promissione: nempe semen Abrahæ futurum innumerabile: nam stellæ numerari non possunt, ut habetur in psalmo: Quarū non est numerus. Prætere stellæ lucide sunt, fulgentes et clare. Insuper etiam magnificantiam et gloriam magnam promittit. Hi qui sunt uere filii Abrahæ, illustrandi erunt summa claritate. Qui nacti sunt ueram agnitionē dei per Christū, ut apud Danielem, illi recte stellis confruntur. Et sicut stellæ in claritate sua differunt, ita et electi dei. Dicit: Sicut stellæ lucide sunt, ita etiam posteritas tua erit clara. Non autem de posteritate secundum carnem locutus est, sed etiam semini eius secundū spiritum, quod deus multo magis glorificabit. Licet David, Salomon, et alij præ ceteris in mundo claruerint, semper tamen illa spiritualia bona maioris sunt existimanda, quam externa transitoria.

Et cres

Et credidit domino, & reputauit hoc
illi in iustiam.

Verbum istum apostolus suscipit de quod uersat in epistolis Galatarum et Romanorum, ut nobis fundamen-
tum uerae religionis et pietatis ostendat. Nam hi sunt
qui reputantur apud deum iusti, qui credunt deo. Itaque
salus uel iustitia ex fide est, et non ex operibus. Non
enim hic scriptum est: Et operatus est Abraham hoc
uel istud opus, et reputatum est illud ei ad iustitiam. Sed
credidit uerbis dei, quamvis nunc esset uetus. Simili-
ter uxor Sarai, quamvis proiectioris aetatis erat, nihil
minus tamen praeter spem credebat in spem, id est, in
deum. Illa est igitur prima et unica et maxima uir-
tus, sic fidere deo. Deinde illa fides alias uirtutes in ho-
mine operatur. De iustitia nos non loquimur, quemad-
modum philosophi, qui diffiniunt eam esse uirtutem,
quaecunque suum distribuit: sed ipsam ueram pietatem,
quaecunque probatur a deo, unde hominem iustum appellamus.
Tamen si in hac uirtute sit, ut unicuique quod est tribuat.
Dei enim est omnis gloria, nostra uero est omnis confu-
sio et ignominia. Eapropter cum nihil tribuimus ope-
ribus nostris, necesse est confiteamur peccata nostra, et
nihil nos esse non pudeat dicere, nihilque sublime de no-
bis sentiamus. Deo autem qui est filius omnis boni recte-
ascribimus, quicquid nobis accidit boni. Et cum miseri-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

cordissimus est, recte confidimus ei. Iam autem quando de fide fit mentio, ne solum cogites illam fidem, quam fortassis te fingis habere, sed de illa uera, que motus est spiritus sancti. Et quis spiritu dei agitur, hi filii dei sunt, spiritu sancto excitante ita pectora eorum. Et cum sic totos nos committimus deo, tunc uera fides est in nobis. Tame si abhorreamus credere resurrectionem, quæ contra captum nostræ rationis est: si autem respexerimus in uerbum dei, credimus et illud, siquidem spiritu dei agimur, idq; in iustitiam reputabitur. Cæterum ubi motus diuini spiritus, ibi incitatio ad omnia alia bona opera, quæ deo placent.

Rursumç dixit ad eum: Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldaeorum, ut darem tibi terram istam, possideresque eam.

Et ait: Domine deus, in quo sciam quod possessurus sum eam?

Videmus id fidei proprium esse, quod possit illa perfici, et indies crescere, quandiu sumus in hac terra. Etiam discipuli dicunt: Domine adiuua infirmitatem nostram. Etiam si credamus, tamen non ita perfecte est cognitio nostra, uel fiducia, quin possit magis perfici. Vnde dominus nouis promissionibus exhortatur et confirmat beatum patriarcham. Illa etiam nostram infirmitatem

firmitatem recte confirmare possunt. Dicit: Iam olim eduxi te, & è maximis periculis liberaui te, protexiq; te in hunc diem &c. Quamuis ibi scribatur, Et credit domino (illius enim ferè oblitus eram in præcedenti uersu) non tamen putandum est, quod non ante a crediderit, et si illud scriptura nusquam alibi subiunxit: uerū quia ibi maior turbatio, quam in alijs temporibus, ideo recte subiungitur. Vnde Paulus eum locum citat, ubi scriptura primo fidem laudat. Certum vñ non reliquit sine fide: sed scriptura fidem eius nondum commendauerat, ideo apostolus duntaxat hunc locū adsumit. Respondit Abraham: Da mihi aliquod signum, ut sciam me fore hæredem &c.

Respondit ei: Tolle mihi uitulam triennem, & capram triennem, atq; arietem triennem, turturem quoq; & pulum columbæ.

Accepit igitur omnia ista ad se, & dismembrauit ea per medium, posuitq; unumquodq; membrū ē regione comparsis sui, aues uero non diuisit.

Hic ostendit Moses, quomodo deus inierit fœdus cū Abraham, adiuncto signo quodam externo, nempe sacrificio. Traçlat hunc locum Cyrillus contra Julianum satis dextre, & ostendit siuisse hunc morem Chaldaeo-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

rum in paciscendis foederibus. Solebant diuidere taurū uel porcum, & hi qui foedus inibant, solebant trasinre per diuisum taurum: in unū latus una pars, in aliud alie raponebatur, et imprecātor sibi p̄sis talia: Nisi foedus hoc seruauerō, ipse sic diuidar. Tale quiddā etiā apud Romanos in antiquis foederibus paciscendis inuenitur. Solet se deus propter immensam misericordiam humānæ fragilitati accommodare. Deo non est opus tali signo, sed nostra fragilitas illud requirit, unde iussit Abram tales uictimas ponere. Ignis deinde transit, qui dei typum gerit. Inde etiam quorundā error inoleuit, qui deum ignem putarunt, quod deus in igne apparuit etc. Hoc erat tunc indicium sanctissimi foederis. Deus igitur confirmarat sic fidem Abrahæ, quem uoluit huiusmodi ceremonijs uti, quibus maxime fides eius confirmaretur. Nam nobis multo certius pignus dedit in filio, qui pro nobis passus est. Triennia perfectissimæ ætatis sunt. Non accipit uilem uictimā, & inutilem. Accepit quod erat ex parte pecuinum, & ex parte aliqua cœlesti: pecuinum diuidatur, cœlestē non item. In medio diuisit iuxta morem Chaldaeorum animalia ista.

Et cum uolatilia descendissent super illa cadauera, abegit ea Abraham.

Curam habuit sanctus Abrahā, ut sacrificiū suum esset quam mundissimum. Erat etiam in hoc loco ten-

tatio

tatio. Opus igitur magna uigilantia. Expectabat quan-
do dominus adesset sua consolatione. Discamus etiam
hoc, ne nos cessemus ab oratione.

LECTIO.

Abraham omnium fidelium pater est. Respicias-
mus in promissiones quae illi datae sunt, neq; so-
lum in futuras, sed etiam in præsentes. Qui autem ue-
re filij sunt Abrahæ, crucem eius diligenter cogitant,
quam uel ipse tulerit, uel ipsius posteritas: nam tunc cū
cruce preminuerit, fides potissimum probatur, an simus
uere filij Abrahæ. Et sicut ipse Abraham probatus est,
sic similiter omnes eius posteri probabūtur. Vnde cum
deus iniret fœdus cum Abraham, ostendit ei quam gra-
via esset passura soboles eius. Ex quo discimus quante
sunt persecutiones iustorum super hanc terrā. Vix est
aliud, quod ita nos confirmare potest, quam quod alibi
sunt præmia nostra reposita, cū uidemus optimos quos
que super hanc terram affligi. Iusserat igitur deus A-
braham accipere uaccam & capram & arietem, de-
inde turturē & columbam. Sacrificiū illud in se præfi-
gurabat inter cætera, cōditiones populi. Nam ut uacca
assuescit iugo, & subiugalis est, ita etiam populus iste
iugum erat latirus. Et quod sub lege erat & sub pecca-
to, capræ comparatur olenii. Et nihilominus principa-
tum habiturus erat populus iste in terra, quem prin-

ENARRAT. IOAN. OECOL.

patum designat aries. Inde in turture & columba dupli-
cem statum designari dicunt. Nam aliquandiu popu-
lus in heremo uersatus est, ut turtur. postea sub tectis
& terra, per quod columbae comparatur. Sed illare=

linquamus.

Cumq; sol occumberet, irruit sopor
super Abram, & ecce horror tenebro-
sus & magnus irruit super eum.

Incertum est, an hic de sole externo loquatur Mo-
ses, & an prophetice dictum sit, ut cætera. Quamvis
ego malim tempus respondere temporis. Quasi dicat:
Futuru[m] est in nouissimis illis diebus &c. ut occasus so-
lis nouissimum tempus designet. Græci Abrahamum in
exsorsip cecidisse dicunt, id est, in excessum mentis.
Hoc etiam Ade cœnit, cum ex costa eius Heua lata
est, ubi etiam Adam propheticō dono illustratus est.
הַרְמָה soporis genus est, ubi animus illustratur co-
gnitione futurū rerum. Cognitus erat Abraham,
ut seipsum interpretatur, quantas persecutiones et ipse
& populus dei passurus esset. Hæq; per caliginem &
tenebras huiusmodi nobis designantur. Sicut lux ferè
felicitatem signat, ita nox & tenebrae aduersitates.

Et dixit ad Abram: Sciendo scias,
quod peregrinum futurum sit semen
tuum in terra non sua, & seruient eis, et
illi

illi affliger eos quadringentis annis.

Patriarchæ sancti Isaac & Iacob peregrini in hac terra, coacti etiā abire in Aegyptum propter famem. Et in Aegypto ualde affliti fuere, hocq; durauit per annos quadringētos. Tametsi Ioseph regnaret in Aegypto, nihilominus magna ex parte contempti sunt ab omnibus populis, maxime cum postea surrexisset nouus rex. Non necessarium ut exponatis hunc locum, quasi perpetuas persecutions in istis temporibus sancti dei habuerint: nihilominus fuere semper peregrini & exiles, nullamq; solidam felicitatem & consolationē habebant. Si quis igitur uelit solum respicere in præsentē felicitatem super hanc terram, quid egregium posteritas Abrahæ habuisset? Longe melior conditio impiorū est, qui nunquam deum cognouerunt.

Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: & postea egredientur cum magna substantia.

Hæc iterum in consolationem dicta sunt. Non erit impune impijs, quod bonos persequuntur. Nam licet pijs propter simplicitatem suam & innocentiam seipso non vindicent, tamen deum habent ultiōrem, qui non insulta sinet quæ in filios suos patrata sunt. Postea enim legimus submersum Pharaonem, & uarias plagas super terram Aegypti immisas, quæ planè manus dei vindicantis erant.

De compunctione
annorum lege
Eucherii
in Genesim

ENARRAT. IOAN. OE COL.

Substantia.) Id est, diuinijs multis & facultatibus. Sed parū fuisse hoc patribus illis sanctis, si spes aliqua in his rebus transitorijs collocanda esset. Illa tamē contigerunt; ut nos meliorem spem futurā rerum capiamus, si quidem ueri filij Abrahæ fuerimus. Crux ferenda est, & omnes qui pie uiuere uolunt, persecutionem patientur. Deposita omnibus pijs est corona in cœlis.

Et tu uades ad patres tuos in pace,
sepelierisq; in canicie bona.

Id est, morieris. Et est periphrasis mortis. Nequaquam sic fuisse deus locutus, nisi deposita esset spes alibi iustis. Quid uerti in cinerem & humum, si esset ille exitus humanæ uitæ solum, & nihil reliquum nobis exceptandum? Dicit, in quiete morieris, & in numero Seth, Noah, & Hanoch connumeraberis, qui deo placuerunt. Et nunc quoq; electi dei, & qui defuncti fuerunt hac uita, dicuntur quiescere in sinu Abrahæ. Quod addit, In canicie bona, indicat bona senectute futurum, & satis longo tempore uicturum.

Generatione autē quarta reuertentur huc: quia nondū est cōpleta iniquitas Aemorrei usq; nunc.

Filij tui scriuient in Aegypto usq; in quartam generationem. Non dicitur centum annorum propriæ generatio, sed tempus uitæ unius hominis. Leui genuit Ch^aath,

eth, Caath genuit Amram, Amram genuit Aarón, Aarón genuit Eleazar, Eleazar genuit Phinees. Vbi quinque generationes habetis, & tanto tempore populus perseverauit in Aegypto. Nam non fuerunt ibi supra trecentos annos. Alij anni pertinent ad Isaac & Abraham, ut impleatur numerus quadringentorum annorum. Discamus & nos patientiam & humilitatem, ne deficiamus in temptationibus. Nam ubi tempus erit, etiam ipse liberabit populum suum.

Iniquitas.) Terra illa promissa erat filiis dei, quia isti pessimi populi. Videmus iustitiam dei, qui longo tempore expectat malos, si uelint pœnitentiā agere: ubi autem numerum peccatorum suorum impletuerint, non amplius locum pœnitentiae inuenient. Alias impletio peccatorum est, quoties repugnat spiritui sancto.

Et factum est quod occubuit sol, & facta est caligo: & ecce fumus fumans, & lampas ignis pertransiens inter diuisiones illas.

Vel fornax fumi, uel titio ignis transit inter diuisiones uel dispositiones. Erat illa admodum grauis uisio, que dicta fuit de filiis Abrahe. Et Abraham iterū confirmatur per aliud signum. Nam illa ipsa caligo maxima tentationem presignabat. Hæc uidentur respi-

ENARRAT. IOAN. OE COL.

cere tempus Antichristi, in quo grauissima futura est afflictio, & multo grauior quam unquam fuit, etiam teste Christo. Ibi certe opus erit magna patientia & fide. Audituistis supra quomodo capra, aries &c. diuisa sunt in duas partes, & illas partes diuisiones uel dispositiones uocat.

In die illa percussit dominus foedus cum Abram, dicens: Semini tuo dedi terram istam, a fluvio Aegypti usq; ad fluuium magnum, fluuiū Euphratem.

Cinæum & Kenizæum atque Cadmonæum.

Hithæū & Pherizæū atq; Gigantes.
Sed & Aemorræum & Chnaanæū,
Girgasæum atq; Iebusæum.

Externo quodam signo fidem Abrahæ firmauerat, sed nunc id etiam uerbis promittit, quod uelit semini eius dare terrā promissionis, quam populus Israël tandem occupauit felici & quieta possessione, quādiu maneat in fide uera erga deum. Illud autem flumen quidam putant esse Nilum, sed falluntur. Est paruum flumen quod diuidit inter Aegyptum et Palæstinam, ubi est ciuitas Rinocorura, & ubi terminus est Aegypti. Nam Nilus non attingit ipsam Palæstinam, sed fluit in mare Pelusium. Ab illo igitur flumine usq; ad Euphratēm, ultra

ultra Damascum, ubi Euphrates uisitatur, dabo terram: Porro illi populi, qui regionem istam inhabitarunt, omnes deleti sunt, exceptis Iebusaeis, qui aliquanto tempore manserunt. Dicit: Quamuis magna futura sit afflictio posteritatis tuæ, exaltabo tamen eam præ cæteris gentibus. Nos longe feliciorem patriam expectamus, unde olim exciderunt hostes nostri diabolus cum socijs suis: introducemur duce Christo, qui uera est promissio Abrahæ, in æternā uitam. Nam alioqui cū tanis afflictionibus nihil aliud expectare, quam huius terræ inhabitationē, uidetur præiudicare diuinæ benignitati.

C A P V T XVI.

Ropè intuentibus nobis scripturas, pauca occurunt, quæ non ab amore huius seculi iure nos auocent. Promissiones enim Abrahæ magis ad futurum seculum pertinent, & ad internū hominem reformandū, tametsi de externis quoq; nonnihil sonent. Sed illa externa quæ tot amaritudinibus respersa sunt, parum allubescunt. Audistis heri quāta crux et tribulatio cū promissione semini Abrahæ prædicetur: id ipsum etiā nunc quoq; licebit uidere. Nondum donatus erat Isaac filius promissionis, & nascitur persecutor Ismaël, qui exceptus erat Isaac. Et iterum in ipso Abraham duas ges-

ENARRAT. IOAN. OECON
nerationes inuenimus, unam bonorum, alteram malorum. Sicuti in Adam statim proponitur Cain & Abel, apud Noah Sem & Iaphet, & Ham irrisor patris: ita hoc loco nascitur Ismael, qui annis maior fuit Isaac. Is nascitur ex ancilla, Isaac ex libera. Hunc locum apostolus in epistola Galatarum bene expendit, quem legere poteritis.

Itaque Sarai uxor Abram non genuit illi: habuit autem ancillam Aegyptiam, nomine Hagar.

Mirabilis deus in operibus suis, qui magnificari uult, unde ex rebus nihil magna faciens, gloriösus ostenditur. Si Sarai fecunda fuisse, uel etiam natura non sterilis, & iuuencula peperisset, nemo tribuisset hoc miraculo. Item neque legimus Sarai blasphemam, uel promissionibus domini cōtradicentem, sed omnibus modis credentem, praecepue ea quae ad gloriam dei pertinebant.

Dixitque Sarai ad Abram: En prohibuit me dominus ne parerem, ingredere queso ad ancillam meam, si forte ædificer ex ea: & obediebat Abram uoce Sarai.

Etsi Abraham per desiderium prolis, quia nuptiae potissimum propter prolem sunt institutae, uidebat tandem illa se ineptam partu, & plane sterilem: unde hoc naturae tribuit, dicens: Dominus conclusit, id est, non dignatus

dignatus est mihi dare ut parerem , fortassis promissio ad aliam , non ad me pertinet: ideo ne irrita sit promisio illa , permitto tibi ancillam Hagar , saltem ut ædificer ex ea , id est , ut habeam filios . Quemadmodum ædificare familiam Exodi primo habemus , pro dare familias et pueros , ita hic etiam . Denique is mos erat & adhuc est apud Ethnicos , ut partus ancillarum sint dominorum & dominarū . Vnde etiam ipsa gloriabatur de partu tanquam suo . Porro an in hoc peccauerit Sarai , quod permiserit uiro ancillam , multi controuerterunt . Si autem quis hanc fidem cōsiderat , qua hæc acta sunt , nemo facile Sarai condemnabit . Non concessit aliquid libidini , uel petulantiae , sed solum spectauit ut ædificaretur ex illa . Et Abraham nequaquam fecisset cōgredsum ad ancillā , nisi data ab uxore fuisset potestas , scies utiq; uirum potestatem sui corporis non habere . Cum autem uxor in hoc consentiat , sibi non fieri dannū , sed lucrū , uerisimile est uoluntatē esse dei . Et cum illa sterilis iam esset cum hæc permissa est Abraham , nequaquam censendū est factam iniuriam coniugio . Indicium præterea est magnæ fidei desideriū habendæ prolis . Querula autem hæc Sarai uerba sunt : Dominus non dignatur me esse matrem &c.

Tulitq; Sarai uxor Abram , Hagar Aegyptiam ancillā suam à fine decem

ENARRAT. IOAN. OE COL.
annorum, quo habitauit Abram in ter-
ra Chnaan, & dedit eam Abram mar-
to suo in uxorem.

Qui cum ingressus esset ad Hagar,
concepit illa: uidensq; se grauidam, ui-
lipensa est domina eius in oculis suis.

Non contempfit Abraham consilium uxoris, per-
suasus quodammodo non esse aliquid partus spectandū
ex Sarai. Neq; semen promissum erat Sarai, sed solum
Abrahæ, qui tunc erat annorum septuagintatrium, ad
quos accesserunt decem anni, ex quibus longanimitas
patriarchæ apparet. Magnitudinem etiam uirtutis Mo-
ses hic commendat. Ferè solent humana consilia ita fie-
ri, ut postea illorum nos poeniteat: & unde nonnunquam
speramus maximum fauorem, inde experimur ingratia-
tudinem. Scriptura congressum hic dicit, pudice de his
rebus loquens. Hagar postquam cōcepit, statim super-
biebat in seipsa quasi dignior esset, et deo gratiior quā
ipsa Sarai domina, cum dominus nonnunquam talia
doni indignioribus æque cōcedit atq; pijs hominibus.
Superbiebat inquam ancilla, quasi Sarai sterilitatem
illam accepisset ex maledictione, cum deus ex sterilitate
illa glorificandus erat, sicut de cæco à natuitate 10
annis 9. legimus.

Et dixit Sarai ad Abram: Iniuria mea
super

Super te est: ego dedi ancillā meam in sinum tuum, quæ uidens quod conceperit, uilipendor ego in oculis illius: iudicet dominus inter me & inter te.

Cœpit expostulare cum marito Sarai. Videlis hic curas domesticas, & opus esse gubernatione, ne familia insolescat. Vnde Sarai, ut ancillam superbientem Abraham humiliaret, petit, expostulatq; tanquam dominū & marito, dicens: Tu in causa es, quod offendor, potuisses id auertere. Tradidi illam in sinum tuum, quæ iam me contemnit. Res illa non inulta apud deum erit. Relinquo iudicium deo. Sciūt illam suam amaritudinem mulieres ubi grauius contemnuntur.

Dixit autem Abram ad Sarai: Ecce ancilla tua in manu tua, fac illi quod bonum est in oculis tuis, & cum affligeret eam Sarai, fugit illa à facie eius.

Reliquit ancillam in potestate domini, ut illam humiliaret. Nimirum hoc diuino spiritu actum est, ut statim etiam ab initio uideretur, qualis iste partus futurus esset. Nam qui ex superba & seruana nascitur, superbus & seruile ingenium habet, deniq; onerosus pīs omnibus erit. Vnde indigna illa cum tali partu domo Abram. Illa autem correpta, fugit: sive uerbis uel minis uel uerberibus id fecerit, non scribitur. Verum illa noluit

ENARRAT. IOAN. OE COL.
iram domini sue expectare, ideo a fugit. Discite hic
pacem domesticam bonam esse.

Inuenit autem eam angelus domini,
iuxta fontem aquæ in solitudine, iuxta
illum inquit fontem, qui est in via Sur.

Dixitq; Hagar ancilla Sarai, unde
genisti, & quô uadis? Dixit illa: A facie
arai dominæ meæ fugio.

Dixitq; ad eam angelus domini: Re
uertere ad dominam tuam, & humiliá
te sub manibus eius.

Reuersa erat in Aegyptum, unde abducta fuit ca
piua & serua, sed inuenta est ab angelo, & cum iam
esset humiliata satis, nimisq; ploraret in solitudine itura
in Aegyptum, & ignorava uiae &c. Ita uidetis consuetu
dinem bonorum uirorum semper suam consolationem
habere. Illa propter Abraham consolata est ab ange
lo, qui consilium dedit redcundi in domum, & humili
andi se coram domina. Vere utile consilium est omni
bus istis, qui non sunt inter filios dei, si uolunt euadere
poenas, ut h uinculent se, & sic inuenient hac unica uia
gratiam a do mino. Quod autem angelus illam alloqui
tur, nimisrum sit ut exponeret peccatum suum, quia con
fessiones hæ deo ualde placent, placaturq; per illas.
(A facie.) Serua sum, dominam habeo, cuius impe
rium

rium fugio, & ægrefero, conspectum dominæ meæ tolere non potero &c. Atqui statim audit sanū consiliū.

Reuertere.) Est apud illam misericordia, non est tanta seueritas in illa, si te humiliaueris, neque amplius spreueris. Tuum est illi obedire, & meminisci officij tui: tu serua es, illa domina. Ex hoc loco discant hi, qui ab ecclesia exēunt, saluti non melius posse cōsulere suæ, quam ut quamprimum se se humilient, & ad dominam suam ecclesiam, quæ uere libera est, redeant, unde & ipsi bonos fructus possint procreare.

Rursusq; dixit ad eam angelus domini: Multiplicādo multiplicabo semē tuum, & non numerabitur præmultitudine.

Dixitq; ad eam angelus domini: Ecce tu prægnans es, & paries filium, uocabisq; nomen eius Išmaēl: audiuit enim dominus afflictionem tuam.

Et is erit homo sylvestris, manus eius in omnes, & manus omnīū cōtra eum, & in facie omnium fratrum suorum habitabit.

Ne propterea desperes, quod sub domina es, & serua: nam si humiliaueris te ipsum, dominus dabit tibi maximam benedictionem. Certe magnus numerus est

ENARRAT. IOAN. OECOL.

eorum, qui seruili ingenio in domo Abrahæ , hoc est in ecclesia, esse uidentur, qui tandem fugiunt &c. Dicit: Audiuit dominus deus afflictionem tuam, uidit animū tuum afflictum, & quemadmodum in hoc itinere con- turbata es, destitutaq; omni auxilio . Orasti deum, qui preces tuas exaudiuit. Nihil damni ex hac fuga concipies. Nasceretur ex te sylvestris homo et indomitus, aduersus quem omnes pugnaturi sunt. Hæc non solum ad Ismaël, sed etiam ad posteritatem eius pertinet. Ex illo Agareni, & populi Arabum assueti latrocinij uene- runt : quales eum hodie sunt Saraceni , qui legē Ma- homei tenent. De Antichristis etiam hoc intelligere possumus . Nascentur etiam illi in domo Abrahæ , qui simulant se esse fratres nostros, & pugnant contra fra- tres: unde solent nasci dissidia. Nos non poterimus eos auertere, si ueritatem docemus. Et quamuis oriatur ob id bellum, tamen nobis non licet negare ueritatē. Etiam Ismaël uolebat esse iustus, habebat bonum nomen, qua- si audiret deum. Sic eodem modo illi faciunt, qui glori- antur in suis operibus. Vult dicere: Audax erit, & ma- nifeste prælibabitur contra fratres suos. Carnalis spiritua- lem semper persequitur.

Et illa uocauit nomē domini loquen-
tis cū ea, Tu deus uides me: dixit enim,
nō nne etiam hic uidi post uidenī me:
Idcirco

Idcirco uocatus est puteus iste, puteus uiuentis, uidentis me; & hic est inter Cades & inter Bared.

Peperit autem Hagar ipsi Abram filium, uocauitq; Abram nomen filij sui, quem peperit illi Hagar, Ismaël.

Porro Abram erat filius octoginta & sex annorum, cum Hagar pareret Ismaëlem ipsi Abram.

Quia dixit, etiam in hoc loco uidi posteriora uidentis me, erat magnum miraculum. Et ne ipsa uideretur esse ingrata, uoluit factum ipsum immortalitati consecrare, unde loci nomen ab euentu imposuit. Ut Abram & sancti patres deum uiderunt, sic illa uidit. Et factetur se non perfectam uisionem uidisse, nihilominus se illud suscepisse in signum consolationis. Dicit: Tu allocuta es me ancillam omnium contemptissimam &c. Certe hoc indicium est maximæ gratitudinis.

Cades.) Vbi est petra Arabiae. Inde & petrea Arabia non multum à loco Cades. In posterioribus libris mentio non multa de his locis. Recensuit Hagar, nimis rum Abrahe factum, nempe quod angelus cū illa sit locutus, uolensq; factum illud memorabile esse &c. Observa quod nō omnes filij Abrahe, sunt filij promissionis, sed solum hi, qui per Isaac nominantur. Qui exti

ENARRAT. IN GENESIM.

more nascuntur & uerbo dei nō credunt, hi Ismaēlite sunt. Seruorum enim est timere, dominorum autem confidere, fiduciam firmam habere. Qui ex fide, hi filij Saræ & promissionis, uereq; filij dei. Qui ex timore nati sunt, hi habitant etiam inter ceteros Christianos, & non in ueritate colunt deum, sed aut ex commendo uel metu praesentis mali. Et hi uersantur in speciem boni in familia Abrahæ, quorum est magnus numerus. Et talis populus erit usq; ad diem consummationis.

Octoginta & sex.) Prius decem accesserunt anni, iam unus. Illa iterum scripta sunt, ut cogitatis quanta longanimitate expectauerit Abraham, donec deus illi concederet semen ex Sarai promissum, unde filij dei nascerentur.

ANNOTATIONVM IOAN.

Oecolampadij in Genesim finis.

ANNOTATIONVM IN GENESIM INDEX.

A	Aronis peccatum.	46.b
	Abel quid.	59.b
	Abelis figura.	58.b.60.a
	ABRAHAE modestia.	135.a
	Prouidentia.	136.a
	Obedientia.	127.a
	Animus ab auaritia alienus.	142.b
	Fortitudo.	141.a
	Gratiarum actio.	134.b
	Mansuetudo.	136.a
	Encomion hospitalitatis.	128.a
	Probatio.	126.a
	Fides.	127.a
	Tentatio.	129.a.130.a
	Consolatio.	129.a
	Gratitudo.	129.b
	Consilium.	131.a
	Factum excusat.	131.b
	Ingens familia.	141.b
	Paupertas in spiritu.	126.a
	Abraham exemplum uirtutum.	131.b
	Abrahæ congressus cum Hagar ancilla.	154.
	Abyssus quid.	9.b
	Actorū	

I N D E X.

<i>Actorum locus cap. 15. de Pauli & Barnabe disceptatione.</i>	156. <i>a</i>
<i>Actorum locus cap. 15. de suffocatis declaratur.</i>	106. <i>a</i>
<i>Ad lapsus nos omnes admonet.</i>	36. <i>a</i>
<i>Adulterij peccatum.</i>	133. <i>a</i>
<i>Aëris nomen.</i>	9. <i>b</i>
<i>Aelasar rex Medorum.</i>	138. <i>b</i>
<i>Aegyptius scelerum.</i>	8. <i>a</i>
<i>Aegyptiorum populus impius.</i>	131. <i>a</i>
<i>Aegyptiorum dij.</i>	8. <i>a</i>
<i>Aegyptiorum libri taxantur propter suppurationem annorum.</i>	75. <i>a</i>
<i>Alexander polyhistor diluuij mentionem fecit.</i>	85. <i>b</i>
<i>Allegorie non sunt contemnendæ.</i>	40. <i>b</i>
<i>Amici etiam affectibus relinquendi.</i>	138. <i>a</i>
<i>Anaximander innumerabiles deos producit.</i>	8. <i>b</i>
<i>Ammonitæ arrogantes.</i>	3. <i>a</i>
<i>Angeli spiritus administratorij.</i>	16. <i>b</i> 26. <i>b</i>
<i>Angelorum creatio nobis non constat.</i>	7. <i>a</i>
<i>Anima in scriptura.</i>	18. <i>b</i> 128. <i>b</i>
<i>Anima pro sensuia parte.</i>	106. <i>a</i>
<i>Anima mortua.</i>	46. <i>b</i>
<i>Anima pro toto homine.</i>	144. <i>b</i>
<i>Animalium tres species.</i>	19. <i>b</i>
<i>Annos tot quare patres uixerint.</i>	79. <i>b</i>
<i>Anthro-</i>	

I N D E X.

Anthropomorphitarum error.	21. b
Aquæ contradictionis.	33. a
Aquæ nomen.	32. d. 13. d
Aquæ temptationum.	95. a
Aquæ maris rubri eminentiores terra.	24. a
Arabum diuitiæ.	34. a
Arbor uitæ.	33. a
Arca denotat ecclesiam.	86. a
Arce Noah moles.	87. a
Aristoteles reijcitur.	7. a
Aristoteles de mundo quid sentiat.	8. b
Armeniæ flumina.	114. a
Artes bonæ non sunt contemnendæ.	73. a
Askenaz qui.	115. a
Astris aliqua uirtus.	17. a
Astrologorum uanitas.	17. a

B

Babel quid.	122. a
Babylonis amplitudo.	120. b
Baptismi aqua quomodo regeneret.	33. a
Baptismus diluuiio assimilatur.	86. a
Bellum primum in scripturis.	139. a
Belli causa.	140. a
Belli locus aptus.	140. b
Belligerare an liceat sine peccato.	138. a

I N D E X.

Benedicere dei.	19.a.25.a
Boni nomen.	37.b
Boni proprium.	17.b
Bonum uniuersitatis.	38.a
Bestiae quare conditæ.	19.b
Bestiae feroiores quare noctu pabula querant.	20.a
Bestiae quare non omnes homini subditæ sint.	105.b
C	
Cain sororem suam in uxorem habuit.	70.b
Cain figura hypocitarum.	71.a.58.b. 90.a. 63.a
Cain organon diaboli.	68.a
Cain à possidendo dicitur.	59.a
Calamitates piorum non sunt poenæ, sed remedia.	55.b
Caput conterere.	52.b.53.a
Charan locus.	125.b
Charitatis uis.	106.b
Cherubim.	58.a
Christiani sunt sacerdotes, quomodo intellig.	5.a
Cibus animarum est Christus.	143.b
Cibus herbæ fuerunt ante diluvium hominibus.	15.a
Cœlum pro aëre.	18.b
Cœna dominicæ mentio.	33.a
Columba typus.	100.b
Confessio Caina.	73.b
Confitenda sunt peccata in tempore.	68.b. et 69.a
Confessio	

I N D E X.

<i>Confessionem peccatorum deus uult.</i>	<i>49.a & b.50.a</i>
<i>Coniugum charitas.</i>	<i>39.b</i>
<i>Conscientia mala.</i>	<i>70.a</i>
<i>Conscientiae timor post peccatum.</i>	<i>47.b 48.a</i>
<i>Cor humanum.</i>	<i>83.b</i>
<i>Corsibi seruare.</i>	<i>65.b</i>
<i>Corui typus.</i>	<i>100.a</i>
<i>Costa ex Adam quare sumpta.</i>	<i>39.b</i>
<i>Creaturae à seipsis non habent originem.</i>	<i>7.b</i>
<i>Cura uana hominis in corradendis diuitijs.</i>	<i>28.a</i>
<i>Cusch Aethiopia.</i>	<i>26.a</i>

D

<i>Dedan Arabes.</i>	<i>116.b</i>
<i>Dei cura erga homines.</i>	<i>56.b</i>
<i>Dei virtutes.</i>	<i>23.a</i>
<i>Deitas imperfcrutabilis.</i>	<i>10.b</i>
<i>Deum ex nihilo omnia condidisse qui credit, facile alia miracula credet.</i>	<i>9.a</i>
<i>Deus incorporeus est.</i>	<i>9.a</i>
<i>Deus sæpe ironice loquitur.</i>	<i>57.a</i>
<i>Decimæ.</i>	<i>144.a</i>
<i>Desperatorum hominum ingenium.</i>	<i>69.a</i>
<i>Die uno an omnia sint condita.</i>	<i>6.b</i>
<i>Diei commoditas.</i>	<i>11.b</i>
<i>Dies una.</i>	<i>12.a</i>

I N D E X.

Diodorus deum negat.	8.b
Diffidium inter ministros dei.	135.a
Disputationes simplices fugiant.	65.a
Divitiae quare dentur.	135.b
Divitiae s̄epe amicitias dirimunt.	135.a
Divitiae à deo dantur.	145.a
Domus pro familia.	90.b
Donec quomodo intelligendum.	100.a
E	
Ebrietas uitium nemo satis uituperabit.	111.a
Ebrietas malum.	110.b
Excusationes friuolæ.	49.b. 50.a
Enos religio.	74.b
Episcoporum officia non sunt celanda.	112.a
Equorum commodum & aliorum animalium.	20.a
Eua nostræ fragilitatis typus.	44.b. & 45.a
F	
Facere.	7.b
Facies prodit hominem.	63.b
Fames unde.	68.a
Fenestræ cœli.	94.a
Fides uera.	7.a
Fidelibus omnia in bonum.	23.b
Filiij dei.	81.a
Filiorum neglectus.	81.a
Filios	

I N D E X.

- | | |
|---|-------|
| Filios probos etiam impij aliquando habent. | 124.b |
| Firmamentum. | 12.b |
| Fœdera sancire sancti dei non neglexerunt. | 141.b |
| Fœdera Chaldaeorum. | 149.b |
| Fons bitumen profrens. | 120.a |

G

- | | |
|---|--------------|
| Galatæ in Germaniam uenerunt. | 115.a |
| Ganges unde fluat. | 34.a |
| Genealogiæ non contempnendæ. | 122.b, 123.a |
| Genesis liber in Aegypto scriptus. | 6.a |
| Generatio piorum & impiorum. | 109.b |
| Generatio quid proprie. | 151.b |
| Gladij autoritas instituta. | 106.b |
| Gladium priuatus non tollat. | 69.b |
| Gloriæ uane studium. | 110.b |
| Gihon flumen. | 34.b |
| Græcorum stulta opinio de rerum principijs. | 5.b |

H

- | | |
|------------------------------------|-------------|
| Habitare cum impijs periculosest. | 141.a |
| Hænoch uir singularis sanctimonie. | 78.a |
| Hænoch an mortuus fuerit nec ne. | 78.b |
| Hauilah Getulia est. | 116.b |
| Hierusalem typus. | 122.a |
| Hidekel Tigris est flumen. | 34.b |
| Hieronymus taxatur, | 55.b, 138.b |

I N D E X.

<i>Homicida Lamech.</i>	73.b
<i>Homicidarum crux.</i>	73.b
<i>Homicidij peccatum.</i>	104.b
<i>Homicidij poena.</i>	106.b
<i>Hominum tres ordines.</i>	72.b. 73.a
<i>Homo ad quid sit natus.</i>	23.a
<i>Homo puluis.</i>	30.a et b
<i>Homo quare diligendus.</i>	106.b
<i>Hortus domini.</i>	137.a
<i>Hortorum encomion.</i>	32.a
<i>Hospitalitas erga bellatores.</i>	143.b
<i>Homini peculiare in prosperis rebus.</i>	145.b

I

<i>Iauan qui.</i>	115.a
<i>Idololatria diluvium antecessit.</i>	74.b
<i>Ignavia uaria peccata secum trahit.</i>	110.b
<i>Ignorantia affectata.</i>	4.b
<i>Imaginem dei in fratribus honoremus.</i>	24.a
<i>Imago dei quomodo lucida fiat nobis.</i>	76.b
<i>Imago dei.</i>	22.a
<i>Inobedientiae poena.</i>	77.b
<i>Impijs etiam benedictio domini.</i>	71.b
<i>Inuidice malum.</i>	63.b
<i>Inuidia unde progrediatur.</i>	63.b
<i>Israëlite ueri.</i>	3.a
<i>Josephus</i>	

I N D E X.

- Josephus historicus taxatur.* 72.b
Iudei in Aegypto idololatræ. 8.d
Iudaizantiū error de uerbo, id est filio dei. 10.b
Judicandi non sunt temere pauperes & peregrini :
 131.a
Judicium domini iustum, 50.a
Iuramenti fons. 33.a
Iurare per deum. 145.a
Iustificatio Adæ. 36.b
Iusti viiri encomion. 46.a
Iusti deo sunt curæ. 133.a
Iustitia uera ex fide. 148.a
Iustitia à philosophis diffinita. 148.a

L

- Laborauit Adam etiam in paradiſo.* 29.a
Labium Hebræis quid. 110.a
Laborare quid in scriptura. 55.a
Lacus maria dicuntur. 14.b
Liberum arbitrium Adæ quale fuerit. 22.b. 35.b
Liberi arbitrij uires eum qui cecidit reparare non posse sunt. 47.a
Libero arbitrio nos carere. 23.a
Liberi arbitrij defensores taxantur. 64.b
Libertas conscientiarum, 28.a
Lingua Hebrææ initium. 123.b

INDEX.

<i>Lingue uarie.</i>	121.a
<i>Lot imprudentia.</i>	136.a.b
<i>Lunæ cursus ad quid.</i>	17.a
<i>Lux mentalis.</i>	11.a
M	
<i>Malkizedek figuram Christi gerit.</i>	143.a
<i>Mamre ciuitas.</i>	138.b
<i>Mæsæch qui.</i>	115.a
<i>Marium nomina uaria.</i>	14.a.b
<i>Manichæorum error.</i>	11.a
<i>Manichæi ex substantia Dei animam nostram esse dicunt.</i>	21.b
<i>Matrimonij status perfectus.</i>	40.a
<i>Matrimonij laus.</i>	37.b
<i>Matrimonia fidelium ne temere fiant.</i>	39.a
<i>Methuselah anni.</i>	79.a
<i>Militia cœli.</i>	26.b
<i>Ministris quies concedenda.</i>	28.a
<i>Misericordia domini immensa.</i>	50.b
<i>Missa papistica taxatur.</i>	143.b
<i>Mizraim Aegyptus.</i>	116.a
<i>Morbi uarij unde.</i>	54.a
<i>Mors non timenda.</i>	57.b
<i>Mors corporis est, & anime.</i>	36.b
<i>Morti omnes obnoxij sumus.</i>	78.b
<i>Morum</i>	

I N D E X.

<i>Morū bonitas spiritus dei est, non liberi arbitrij.</i>	60. <i>a</i>
<i>Moses est propheta.</i>	6. <i>a</i>
<i>Mosis scopus.</i>	6. <i>a.</i> 8. <i>a</i>
<i>Mosis scripta defenduntur.</i>	7. <i>a</i>
<i>Mulier quare ex latere Adæ sumpta.</i>	41. <i>b</i>
<i>Mulierum gaudia post partum.</i>	59. <i>b</i>
<i>Mulierum dolores.</i>	53. <i>b</i>
<i>Multitudini non est credendum.</i>	86. <i>b</i>
<i>Mundi creatio quomodo intelligenda.</i>	8. <i>b</i>
<i>Mundi confusio triplex.</i>	9. <i>a</i>

N

<i>Naturas duas homo habet.</i>	101. <i>a</i>
<i>Nimrod fortis uenator.</i>	116. <i>b</i>
<i>Noah fidei exemplum.</i>	90. <i>a</i>
<i>Noah peccatum.</i>	110. <i>b</i>
<i>Noah nomen prædictum internitionem humani generis.</i> 79. <i>b</i>	
<i>Noah quare in ebrietatis uitiū cadere permissus.</i>	111. <i>a</i>
<i>Nilus unde fluat.</i>	34. <i>a</i>
<i>Nomen mutare.</i>	38. <i>a.</i> & <i>b</i>
<i>Nomina imponere quid.</i>	56. <i>a</i>
<i>Nomina propria in scripturis rationem habent.</i>	59. <i>a</i>
<i>Nox necessaria.</i>	11. <i>b</i>
<i>Nuditas Adæ.</i>	42. <i>a</i>

I N D E X.

O

Obedientia Noah.	102.b
Oblationes hypocritarum.	62.a
Oceanus per meatus subterraneos an terram cōpluat.	
30.a	
Oculi Adæ aperti, quomodo intelligatur.	46.b
Odorem quomodo deus habeat.	103.b
Offendiculum nullum pio, felicitas impij.	65.b
Oleum gratiæ.	5.a
Olympus mons.	96.a
Oliue ramus pacis symbolum.	100.a
Opera coniugalia extra paradisum.	59.a
Operare dei.	27.d
Orando uigilandum.	66.a
Origenes primas in allegorijs habet.	60.b
Orientales in tabernaculis habitant.	73.a
Originale peccatum.	104.a
Otium fugiendum.	110.a
Ouium cura.	61.a

P

Paradisus ubi.	31.b
Paradisus pro loco quietis.	32.b
Paradisum Christus aperuit.	58.b
De Paradiso uarie opiniones.	31.b
Parenies non honorare quale peccatum.	111.b
Parenium	

I N D E X.

<i>Parentum honor.</i>	113. <i>a</i>
<i>Parentes in filijs corripi.</i>	112. <i>b</i>
<i>Parentes quomodo relinquendi.</i>	41. <i>a</i>
<i>Patriarche quare tot annis uixerint.</i>	123. <i>a</i>
<i>Patribus spiritualibus ne temere ac sine iudicio detrahamus.</i>	112. <i>a</i>
<i>Pastoris boni officium.</i>	46. <i>b</i>
<i>Patientia omnia uincemus mala.</i>	125. <i>a</i>
<i>Pauli locus 2. Corint. 12. quomodo raptus in tertium cœlum.</i>	32. <i>b</i>
<i>Pauli locus ad Hebreos de Malkizedek, an fuerit αν πάτερ οὗτος καμίτωρ.</i>	143. <i>a et b</i>
<i>Pauli locus ad Hebreos cap. undecimo de Hænoch declaratur.</i>	78. <i>b</i>
<i>Peccatoris proprium.</i>	66. <i>b</i>
<i>Peccatum inultum non erit.</i>	64. <i>a</i>
<i>Peccatoris stultitia.</i>	48. <i>a</i>
<i>Peccatum Adæ grande.</i>	46. <i>a</i>
<i>Peccatum quidam ueniam non meretur.</i>	51. <i>a</i>
<i>Peccatori cur longa concedatur uita.</i>	64. <i>a</i>
<i>Peccatoris officium.</i>	49. <i>a</i>
<i>Peccatorem deus aliter admonet quam Satan.</i>	48. <i>b</i>
<i>Peccati reliquiae.</i>	97. <i>a</i>
<i>Peccati augmentum.</i>	45. <i>a et b</i>
<i>Peccatum quale contemnere proximum.</i>	66. <i>b. 67.<i>a</i></i>

I N D E X.

<i>Peccatum pœnitentia abolendum.</i>	46.a
<i>Peripatetici stellis intelligentias tribuunt.</i>	16.b
<i>Petri lapsus quare.</i>	111.a
<i>Philosophi taxantur.</i>	108.b
<i>Phut maritima est.</i>	116.a
<i>Pij opus habent exercitijs.</i>	65.a
<i>Platonis sententia de mundo.</i>	8.b
<i>Plato nobiscum in multis sentit.</i>	7.b
<i>Pluuiæ sunt signum benevolentiae dei.</i>	109.a
<i>Pœnitentia uera.</i>	133.b
<i>Pœnitentiam longo tempore expectat deus.</i>	152.a
<i>Pœnitentiam dei ostendunt opera.</i>	84.a
<i>Pœnitentia asperiorem uitam requirit.</i>	56.b
<i>Pœnas immittit deus propter pœnitentiam.</i>	55.b
<i>Pœna satanæ & membrorum illius.</i>	51.b.52.a
<i>Populus prophanus.</i>	4.a
<i>Primogenitum nostrum.</i>	62.b
<i>Primogenitorum dignitas.</i>	60.b
<i>Prouidentia dei.</i>	25.b
<i>Promissiones dei spiritualibus intuendæ oculis.</i>	138.a
<i>Protagoras deum ignorat.</i>	8.b
<i>Punitur id in homine, quod præcipue à deo auertere solet.</i>	51.b
<i>Q</i> <i>uestiones ûane uitandæ sunt.</i>	35.b
<i>Quiescere</i>	

I N D E X.

<i>Quiescere dei.</i>	27.a
R	
<i>Ratio in diuinis non sequenda.</i>	9.a
<i>Recordare dei.</i>	98.a
<i>Regum nomina ex impietate.</i>	139.b
<i>Rephaim qui.</i>	140.a
S	
<i>Sabbati dies.</i>	27.a
<i>Sabbatismus Christianorum.</i>	27.b
<i>Sacerdotes qui temporibus Abrahæ fuerint.</i>	143.a
<i>Sacramenta ad quid instituta sint.</i>	61.b
<i>Sacrificium laudis.</i>	103.a. 144.a
<i>Sacrificium unicum.</i>	143.b
<i>Salem ciuitas.</i>	143.a
<i>Satan dubium reddit uerbum domini.</i>	43.a. 45.b
<i>Satan è consortio angelorum cieclus.</i>	51.a
<i>Satanæ organa.</i>	44.b
<i>Satan per malitiam peccat.</i>	51.a
<i>Satan quos uincat.</i>	44.a
<i>Satanæ doli.</i>	43.a. 44.a
<i>Satanæ peccatum grauius quam Enæ.</i>	51.a
<i>Saul quare à regno exciderit.</i>	120.a
<i>Scheba Troglodytæ.</i>	116.b
<i>Scripturas qui cum fructu legant.</i>	3.a
<i>Scripturæ maiestas.</i>	134.b

I N D E X.

<i>Scripturæ modus loquendi.</i>	56.b
<i>Scripturæ totius scopus.</i>	5.a & b
<i>Scriptura tria proponit.</i>	5.b
<i>Scriptura tempus moribus congruum assignat.</i>	48.a
<i>Septies puniendum.</i>	70.d
<i>Serpentes natura abhorremus.</i>	52.d
<i>Serpentis blanditiæ.</i>	42.b
<i>Serpentis prærogatiæ.</i>	51.a
<i>Serpentum multa genera.</i>	42.b
<i>Seruitutis origo.</i>	112.b
<i>Seruire coguntur impij bonis.</i>	113.b
<i>Siddim.</i>	139.b
<i>Sinhar Chaldaea est.</i>	139.b
<i>Sodomitarum peccatum.</i>	137.b
<i>Sophistarum satisfactiones.</i>	55.b
<i>Spiritus dei.</i>	9.b
<i>Spiritus pro uento.</i>	Ibidem.
<i>Stellæ & sol an eiusdem sint naturæ.</i>	16.b
<i>Superbiæ malum.</i>	221.d

T

<i>Tempora statu.</i>	17.d
<i>Tempus quando cœperit.</i>	7.a
<i>Tempori deus non est obnoxius.</i>	9.a
<i>Tentantur pij non sine causa.</i>	147.b
<i>Tentationes uincit fides.</i>	98.a
<i>Terra</i>	

I N D E X.

Terra generali nomine aliquando accipitur.	15.a
Terra quibus non est perfecta.	27.b
Terra pro hominibus.	45.a
Terra in medio mari non sine miraculo.	14.a
Thessalica diluvium.	85.b
Thide al rex Græcorum.	139.b
Thiras Thracia est.	115.a
Thubal qui.	115.a
Tigris fluuius.	43.a
Timorem domini ab ijcere quantum malum sit.	83.a
Trinitatis mysterium.	10.a
Tyranni quare arces construant.	71.a
Trinitatis mysterium.	121.b

V

Verbi dei autoritas.	3.b.4.a
Vespera apud Hebreos.	11.b
Victorie autor est deus.	142.a
Victoria potiti frè insolentiores sunt.	142.a
Videre dei.	14.b
Vir uxorem corripiat.	46.a
Vires nostræ nullæ.	7.b
Virtus Christianorum.	67.a
Vita uera.	17.b
Vitæ ianuam Christus aperuit.	78.b
Vr Chaldæorum.	125.a

I N D E X.

<i>Volucres cœli.</i>	18.b
<i>Vxores duas Lamech duxit.</i>	72.a
<i>Vxorū multitudine etiam in patriarchis non laudatur.</i>	72.a
<i>Vxores quales ducendæ.</i>	81.b
	X
<i>Xisuthrus est Noah alio nomine.</i>	25.b
	Z
זָלִם	24.a
<i>Zozim qui.</i>	140.a

E R R A T A.

Folio 3.b. uersu 9. dele, que. Folio 17.b. uersu 15. lege, communicatiua est suis: quia proprium est boni. Folio 18.a. uersu 21. lege cōprehensus, et quædā densiores, & ferē &c. Folio 21.a. lege. פְּשֻׁעַ Folio 44.a uersu 8. lactaremus pro lactarcmus. Folio 55.a. uersu 6. dele qui. Folio 73.b. uersu 1. pertineret. Folio 105.b. lege פְּשֻׁעַ Folio 107.b. uersu 2. amplus. Folio 119.a. uersu 8. in bono lege. Folio 121.b uersu 22. familiam. Folio 126. a. uersu 13. sequiterātiā lege. Et uersu 16. de hacre. Folio 149.b. uersu 2. lege transfire.

